אֶפֶס *m.* finis, extremum; terminus, אַפְסֵי אָרֶץ fines terrae *i. e.* terrae remotissimae. *Dual.* אָפְסַיִם utraque pedum extremitas, plantae *s.* tali. 2) defectus, בְּאֶפֶס propter penuriam *sq. genit. rei*, sine; עַד־אֶ׳ usque dum non *est.* 3) *i. q.* אַיִן nullus, nihil, non amplius; nonnisi *Num.* 22, 35. 23, 13.; praeter, אַפְסִי praeter me; בְּאֶפֶס *um nichts*, immerito, מֵאֶפֶס de nihilo, אֶפֶס כִּי praeterquam quod, veruntamen.

אֶפֶס דַּמִּים *N. pr.* oppidi in tribu Iuda.

אֶפַע *i. q.* אֶפֶס nihil *Ies.* 41, 24.

אֶפְעֶה *v.* פָּעָה.

אָפַף circumdedit; *praet. pl.* אָפְפוּ, *c. suff.* אֲפָפוּנִי.

אָפַק *Kal inus.* validus fuit. — *Hithp.* הִתְאַפֵּק se robustum praebuit, sui potens fuit, se continuit: animum sumsit 1 *Sam.* 13, 12.; se retinuit, cessavit.

אָפִיק *m. adj.* robustus, potens; 2) *subst.* tubus, canalis; rivus; alveus *fluminis*; vallis *rivulis irrigata.* 3) *i. q. sq. nom. pr.*

אֲפֵק *N. pr.* urbis in tribu Ascher; 2) al. ad lacum galil.; 3) al. in tribu Issaschar.

אֲפֵקָה *N. pr.* urbis in tribu Iuda.

אָפַר *rad. inus. arab.* transiliit, agilis fuit.

אֵפֶר *m.* cinis, favilla.

אֲפֵר *m.* (*transpos. ex* פְּאֵר) cidaris, tegumentum capitis. (*Al.* cinis *i. q.* אֵפֶר).

אֶפְרֹחַ *v.* פרח.

אַפִּרְיוֹן *m. LXX.* φορεῖον, *Vulg.* ferculum *i. e.* sella, lectica.

אֶפְרַיִם *N. pr.* Ephraim, fil. Iosephi natu minor; tribus ab eo oriundae; regni Israel., quia haec tribus ceterarum potentissima et ex ea primi reges Isr. orti erant.

אֶפְרָת, אֶפְרָתָה *nom.* urbis in tribu Iuda *alibi* בֵּית־לֶחֶם *nominatae.* 2) *i. q.* אֶפְרַיִם *Ps.* 132, 6.

אֶפְרָתִי *Nom. gent.* Ephraimita; 2) Ephrataeus.

אֲפָרְסָיֵא *nom.* gentis ignotae *Esr.* 4, 9.

אֲפַרְסְכָיֵא *nom.* gentis ignotae *Esr.* 5, 6.

אֲפַרְסַתְכָיֵא *nom.* gentis assyr. *Esr.* 4, 9.

אַפְּתֹם *m. voc. incertae signif. vulgo:* thesaurus *Esr.* 4, 13.

אֶצְבּוֹן *N. pr. m.*

אֶצְבַּע *v.* צבע.

אָצַל subtraxit; denegavit *sq.* מִן; sejunxit, reposuit, reservavit *sq.* לְ. — *Niph.* contractum fuit. — *Hiph.* subtraxit, abstulit, *fut.* וַיָּאצֶל. — II) *arab.* altas radices egit, firmus fuit; conjunxit.

אָצִיל *m.* latus, extremitas. 2) *adj.* nobilis, antiqua stirpe oriundus.

אַצִּיל *m.* junctura, אַצִּילֵי יָדַיִם axillae.

אָצַל *N. pr.* viri; 2) loci prope Hierosol. *Zach.* 14, 5.

אֵצֶל *m.* latus; — juxta, prope; מֵאֵצֶל a latere alcjs. מֵאֶצְלוֹ juxta eum.

אֲצַלְיָהוּ *N. pr. m.*

אֹצֶם (iratus) *N. pr. m.*

אֶצְעָדָה *v.* צעד.

אָצַר coacervavit. — *Niph.* accumulari. — *Hiph.* הוֹצִיר thesauro alqm. praefecit *sq* עַל, *fut. c.* ה *parag.* אוֹצְרָה.

אוֹצָר *m.* (*pl.* אוֹצָרוֹת) copia, thesaurus, בֵּית הָא׳ cella promtuaria, gaza; 2) cella, apotheca, aerarium.

אֵצֶר *N. pr. m.*

אֶקְדָּח *v.* קדח.

אַקּוֹ *m.* caprea, ibex.

אר *v.* יְאֹר.

אָרָא *N. pr. m.*

אַרְאֵלִי, אֲרִאֵל *v.* ארה.

אָרַב (nexuit) dolum nexuit, insidiatus est *sq.* לְ, עַל; *fut.* יֶאֱרֹב, *part.* אוֹרֵב insidiator, *collect.* insidiae. — *Pi. part. pl.* מְאָרְבִים studiose insidiantes.—*Hiph.* insidias posuit.

אֲרָב *N. pr.* oppidi in tribu Iuda; אַרְבִּי *nom. gentile.*

אֶרֶב *m.* insidiae; latibulum.

אֹרֶב *m.* insidiae; *c. suff.* אָרְבּוֹ.

אָרְבָּה *f. id.*, *pl.* אֲרֻבּוֹת, *st. c.* אֲרֻבּוֹת.

אֲרֻבָּה *f.* (cancelli, clathri) fenestra, *trop.* de coelo, de quo imber profluit; 2) columbarium; 3) fumarium.

אֲרֻבּוֹת *N. pr.* loci in tribu Iuda.

מַאֲרָב *m.* locus insidiarum, insidiae; insidiatores.

אַרְבֵּאל *v.* בֵּית.

אַרְבֶּה *v.* רבה.

אַרְבַּע *v.* רבע.

אָרַג plexuit (crines) *Iud.* 16, 13. 2) texuit; *part.* אֹרֵג textor, אֹרְגָה textrix.

אֶרֶג *m.* textura *Iud.* 16,14. 2) radius textorius.

אַרְגֹּב *N. pr.* civitatis basaniticae, in qua Ogus regnavit; 2) viri cujusd.

אַרְגְּוָן *chald. i. q.* אַרְגָּמָן.

אַרְגָּז *v.* רגז.

אַרְגָּמָן *m.* purpura.

אַרְדְּ *N. pr.* filii Benjam., אַרְדִּי *nom. patron.*

אָרָה decerpsit *Ps.* 80, 13. 2) collegit.

אֻרָוֹת *pl. f.* stationes in stabulo *s.* praesepia.

אֻרְוֹת *pl.f., st. c.* אֻרְוֹת *id.*

אֲרָיוֹת *pl.f., st. c.* אֻרְיוֹת *id.*

אֲרִי *m.* leo; *pl.* אֲרָיִים *et* אֲרָיוֹת.

אַרְיֵה *m.* leo.

אַרְיֵה *m. chald.* leo; *pl.* אַרְיָוָן.

אֲרִיאֵל, אֲרִאֵל leo Dei *i. e.* vir fortis; 2) focus *s.* ara Dei, *nom.* altaris holocaust. 3) *nom. honor.* Hierosolymarum. 4) *N. pr. m.*

אַרְאֵל (leo Dei) *N. pr. m.*

אַרְאֵלִי *N. pr. m.*

אֶרְאֶלָּם *m.* viri fortes eorum (Israelitarum) *Ies.* 33, 7.

אָרוֹן *com.* cista, arca. אֲרוֹן אֱלֹהִים, הָעֵדוּת, הַבְּרִית arca foederis; 2) arca feralis *Gen.* 50, 26.

אֲרוּ *chald.* ecce! vide.

אַרְוָד Aradus, insula et urbs haud procul a litore Phoen.

אֲרוֹד, אֲרוֹדִי *N. pr. m.*

אֲרוּכָה *v.* ארך.

אֲרוּמָה *N. pr.* urbis.

אֲרוֹמִים *v.* אֲרַמִּי, ארם.

אָרַז firmiter constrictus est, firmus, stabilis fuit. *Part.* אֲרֻזִים firmi, stabiles. *Al.* cedrini.

אֶרֶז *m.* cedrus; *pl.* אֲרָזִים, *st. c.* אַרְזֵי.

אַרְזָה *f.* tabulatum cedrinum

אָרַח ivit, profectus est, iter fecit; *part.* אֹרֵחַ viator. — II) *rad. inus.* determinavit.

אָרַח *N. pr. m.*

אֹרַח *com. v. poët.* (*c. suff.* אָרְחִי, *pl.* אֳרָחוֹת, *st. c.* אָרְחוֹת, *c. suff.* אָרְחֹתָם *et* 'אר) incessus, iter; via; *metaph.* de agendi vivendive ratione (א' יְהוָה vita Deo probata, א' חַיִּים agendi ratio salutem afferens, א' עוֹלָם ag. ratio prisca, mores majorum); de sorte, fato; 2) viator, *collect.* turma viatorum *Iob.* 6, 31.

אֹרַח *m. chald. id., pl.* אָרְחָן *trop.* actiones.

אֹרְחָה *f.* incessus; 2) turma proficiscentium.

אֲרֻחָה *f.* demensum, portio.

אֲרִי, אַרְיֵה, אֲרָיוֹת, אֲרָיוֹת, אֲרִיאֵל *v.* ארה.

אֲרִידַי (fortis) *N. pr.* filii Hamanis, Ἀριδαῖος.

אֲרִידָתָא (fortis) *N. pr. m.*

אַרְיוֹךְ *N. pr.* regis Ellasaritidis; 2) viri chald.

אֲרִיסַי *N. pr.* filii Hamanis.

אָרַךְ (*fut.* יֶאֱרַךְ, *pl.* יַאַרְכוּ) longus fuit *s.* factus est, אָרְכוּ־לוֹ הַיָּמִים longi ei facti sunt dies *i. e.* diu commoratus est. — *Hiph.* הֶאֱרִיךְ *trans.* longum reddidit, protendit, extendit; ה׳ יְמֵי פ׳ vitam prorogare, diu vivere, diu morari; ה׳ אַפּוֹ, נַפְשׁוֹ patientem se praebere; 2) *intrans.* longus fuit, הֶאֱרִיכוּ יָמָיו producti sunt dies, diu vixit. — II) *rad. inus. arab.* detumuit, sanatum fuit.

אֲרוּכָה, אֲרֻכָה *f.* sanatio (vulneris); salus.

אָרֵךְ *chald. partic.* אֲרִיךְ quod convenit, decet.

אָרֵךְ *st. c.* אֶרֶךְ longus. א׳ הָאֵבֶר longa penna praeditus; א׳ אַפַּיִם tardus ad iram; א׳ רוּחַ μακρόθυμος.

אֶרֶךְ *N. pr.* urbis sinearitícae *Gen.* 10, 10. *unde nom. gent.* אַרְכְּוָיֵא. *Aliud nom. gent.* אַרְכִּי.

אֹרֶךְ *m.* longitudo (spatii et temporis); *c. suff.* אָרְכּוֹ.

אָרֹךְ *m.* אֲרֻכָּה *f.* longus, diuturnus.

אַרְכָּא, אַרְכָה *f. chald.* diuturnitas.

אַרְכֻבָה *v.* ברך.

ארם *rad. inus.* altus fuit.

אֲרָם *f. st. c.* אֲרַם Aramaea (*complecteb.* regionem Damascenam, Syriam usque ad Orontem et Mesopotamiam). — א׳ נַהֲרַיִם Mesopotamia, פַּדַּן אֲרָם ager (cultus) Mesopotamiae; א׳ צוֹבָה Syria Sobaea; א׳ דַּמֶּשֶׂק Syria Damascena; א׳ מַעֲכָה regio trans Iord. sub Antilibano; א׳ בֵּית־רְחוֹב Aram. Rechabensis, pars Syriae *cf.* רְחֹב.

אֲרַמִּי *m.* Aramaeus; *fem.* אֲרַמִּית, *pl.* אֲרַמִּים *et* אֲרוֹמִּים.

אֲרָמִית *adv.* aramaice, linguâ aramaeâ.

אַרְמוֹן *m.* (*pl. constr.* אַרְמְנוֹת) arx, palatium; palatii pars interior.

אַרְמֹנִי *N. pr.* filii Sauli.

אֹרֶן *m. nom.* arboris *Ies.* 44, 14: *LXX.* πίτυς, *Vulg.* pinus. 2) *N. pr. m.*

אֲרָן *N. pr. m.*

אַרְנֶבֶת *f.* lepus.

אַרְנוֹן (strepens *cf.* רָנַן) *N. pr.* rivi, quo terra Isr. versus orient. terminabatur.

אַרְנָן *N. pr. m.*

אָרְנָן (אֲרַנְיָה 2 *Sam.* 24.) *N. pr.* Iebusitae.

אֲרַע, אַרְעָא *m. chald.* terra; 2) infra, *sq.* מִן inferior.

אַרְעִית *f. chald.* inferius, infimum.

אַרְפָּד (*a* רָפַד) *N. pr.* civitatis aram.

אַרְפַּכְשַׁד *N. pr.* Semitae.

אֶרֶץ *f. rar. masc.* (*c. art.* הָאָרֶץ, *c. suff.* אַרְצוֹ, *pl.* אֲרָצוֹת) terra: orbis terrarum; humus, אַרְצָה in terram, humi; provincia, regio, ager alcjs. civitatis, *meton.* incolae alcjs. terrae. — *Pl.* אֲרָצוֹת *apud scriptt. seriores signif.* terras exterorum populorum.

אַרְצָא *N. pr. m.*

אֲרַק *f. chald.* terra.

אָרַר (*imp.* אֹר, *c.* ה *parag.* אָרָה, *pl.* אֹרוּ, *fut.* יָאֹר) exsecratus est. — *Niph. part. pl.* נֵאָרִים maledicti.— *Pi.* אֵרַר diras imprecatus est, res exsecrabiles attulit; *part. pl.* מְאָרְרִים. — *Hoph. fut.* יוּאָר devotus erit.

מְאֵרָה *f.* exsecratio.

אֲרָרָט *N. pr.* regionis montanae in Armenia, mediae inter Araxem fluv. lacusque Van et Ormiam.

אֲרָרִי *i. q.* הֲרָרִי *Nom. gentile.*

אָרַשׂ — *Pi.* אֵרַשׂ, אֵרֵשׂ *sq. accus.* אִשָּׁה mulierem sibi desponsavit, *sq.* בְּ *pretii, quo mul. venditur.* — *Py. praet. f.* אֹרָשָׂה desponsata est (puella); *part. fem.* מְאֹרָשָׂה.

אָרַשׁ *rad. inus. arab.* concupivit.

אֲרֶשֶׁת *f.* petitio, *LXX.* δέησις.

אַרְתַּחְשַׁשְׁתָּא, אַרְתַּחְשַׁסְתָּא, אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא Artaxerxes, rex Persarum.

אֲשַׂרְאֵל (*i. q.* אֲסַרְאֵל Deo obligatus) *N. pr. m.*

אַשְׂרִיאֵל (obligatio Dei) *N. pr.* filii Gileadi; ־לִי *nom. patron.*

אֵשׁ *f. rar. masc.* (*c. suff.* אִשּׁוֹ, אֶשְׁכֶם, אִשָּׁם) ignis: aestus solis; incendium (*metaph.* de incendio *s.* atrocitate belli *et* de fervore irae); fulgor (gemmarum). אֵשׁ אֱלֹהִים ignis Dei, fulmen.

אֵשׁ *com. chald. st. emph.* אֶשָּׁא ignis.

אִשֶּׁה *m.* (*st. c.* אִשֵּׁה, *pl.* אִשֵּׁי, אִשִּׁים) incensum, sacrificium accendendum.

אִשָּׁה *f.* ignis.
אֶשְׁבַּעַל (vituperatio Dei) *N. pr.* filii Benj.; ־ִי *nom. patron.*
אֶשְׁבָּן (vituperatio) *N. pr. m.*
אַשְׁבֵּעַ (juro) *N. pr. m.*
אֶשְׁבַּעַל *N. pr.* filii Sauli.
אשד *rad. inus. syr.* effudit.
אֶשֶׁד *m.* effusio, א׳ הַנְּחָלִים decursus torrentium.
אֲשֵׁדָה radix montis; *pl.* אֲשֵׁדוֹת, *st. c.* אַשְׁדּוֹת.
אַשְׁדּוֹד (*a* שָׁדַד) Asdod, Ἄζωτος, urbs Philistaeorum.
אַשְׁדּוֹדִי Asdodaeus; ־ִית Asdodaea, Asdodaeorum dialecto.
אִשָּׁה *v.* אנשׁ.
אשה *rad. inus. i. q.* אָשַׁשׁ.
אָשְׁיָה *f.* fulcrum, fulcimen.
אשׁר *v.* אֲשׁוּרִי, אַשּׁוּר, אָשׁוּר.
אַשְׁחוּר (*ab* שָׁחַר) *N. pr. m.*
אֲשִׁימָא *N. pr.* dei Hamathaeorum.
אֲשֵׁרָה *v.* אֲשֵׁירָה.
אשׁשׁ *v.* אֶשְׁכָּר, אֲשִׁישָׁה, אָשִׁישׁ.
אֶשֶׁךְ *m.* testiculus.
אֶשְׁכֹּל *v.* שׁכל.
אַשְׁכְּנַז *N. pr.* populi in Asia septentr.
אֶשְׁכָּר *v.* שׁכר.
אשל *rad. inus. arab.* altas radices egit.
אֶשֶׁל *m.* tamariscus, tamarix.

אָשַׁם et אָשֵׁם (*fut.* יֶאְשַׁם) deliquit, culpam commisit, peccavit (in alqm. *sq.* לְ, in aliqua re *sq.* בְּ *et* לְ); 2) poenas luit *Ps.* 34, 22 *etc.* — *Niph.* poenas dedit.— *Hiph.* poenam irrogavit, puniit.— II) *i. q.* יָשַׁם vastatus fuit *Ez.* 6, 6.
אָשֵׁם *m.* reus.
אָשָׁם *m.* delictum, culpa, reatus; res injuste parata; sacrificium piaculare.
אַשְׁמָה *f.* (*inf. v.* אָשֵׁם) לְאַשְׁמָה בָהּ ad peccandum in ea re, לְאַשְׁמַת הָעָם ut culpam sibi contrahat populus. 2) *Subst.* peccatum, culpa; sacrificium piaculare.
אַשְׁמַנִּים *v.* שׁמן.
אַשְׁמֻרָה *v.* שׁמר.
אֶשְׁנָב *v.* שׁנב.
אַשְׁנָה (firma) *N. pr.* duor. oppid. in tribu Iud.
אֶשְׁעָן (fulcimen) *N. pr.* urbis in tribu Iuda.
אשף *rad. inus. fortasse:* occultavit.
אַשָּׁף *m.* incantator.
אַשְׁפָּה *f.* pharetra; בְּנֵי א׳ filii pharetrae, sagittae.
אַשְׁפּוֹת *f. pl.* fimetum, fimus.
אַשְׁפַּתּוֹת *f. pl. id.*
אַשְׁפְּנַז *N. pr.* eunuchi Nebucadnezaris.
אֶשְׁפָּר mensura, potio 2 *Sam.* 6 19.

אַשְׁקְלוֹן Ascalon, urbs Philistaeor.

אָשַׁר rectâ incessit; prospere processit, felix fuit. — *Pi.* rectâ duxit; *intrans.* processit; beatum alqm. praedicavit. — *Py.* אֻשַּׁר, אוּשַּׁר ductus est; felix factus est.

אָשֵׁר *N. pr.* filii Iacobi; אָשֵׁרִי *nom. gent.* 2) *nom.* urbis prope Sichem *Ios.* 17, 7.

אֶשֶׁר *m.* felicitas; — *tantum pl. st. c., ut*: אַשְׁרֵי הָאִישׁ beatus ille! אַשְׁרֶיךָ o te beatum!

אֹשֶׁר *m.* felicitas, *c. suff.* אָשְׁרִי.

אֲשׁוּר *f.* gressus, incessus. 2) *Ez.* 27, 6. *al.* stria, incisura; *al.* buxum.

אַשּׁוּר *f.* gressus *Iob.* 31, 7. 2) *N. pr. fem.* Assyria, regnum Assyrium; *masc.* gens Assyr., Assyrii. אַשּׁוּרָה in Assyriam, א׳ דֶּרֶךְ via in Ass. 3) אַשּׁוּרִים gens quaed. arab. *Gen.* 25, 3.

אַשְׁחוּר *N. pr. m.*

אֻשַּׁרְנָא *m. chald.* murus.

תְּאַשּׁוּר *m.* buxus *s.* cedri genus *Ies.* 41. 60.

אֲשֶׁר *pron. relat. generis et numeri utriusque:* q u i, q u a e, q u o d. — *Nota est relat.*, *ubi praeponitur pronom. et adverbiis*: אֲשֶׁר־ א׳ אֶת־עָפָר הוּא חַי quod vivit, quem pulverem, א׳ לוֹ, לָהּ, cui, א׳ לָהֶם, לָהֶן quibus, א׳ אֹתוֹ, אֹתָהּ, quem, quam, א׳ אֹתָם, אֹתָן, quos, quas; אֲשֶׁר־לְשֹׁנוֹ cujus lingua; א׳ בּוֹ, בָּהּ, in quo, in qua; א׳ בְּאַרְצָם in quorum terra; א׳ מִמֶּנּוּ a quo; א׳ שָׁם ubi; א׳ מִשָּׁם ex quo, unde; א׳ שָׁמָּה quo; א׳ תַּחַת כְּנָפָיו sub cujus alis. *Praeponitur etiam pronom. pers.* 1. *et* 2.: א׳ מְכַרְתֶּם אֹתִי quem (me) vendidistis, א׳ בְּחַרְתִּיךָ quem (te) elegi. — 2) *Compos. c. praepos.* is qui: לַאֲשֶׁר ei *s.* iis qui; לַאֲשֶׁר לוֹ ei cui; אֵת־אֲשֶׁר eum qui, id quod; מֵאֲשֶׁר ab eo qui *s.* quod, ab iis qui; ex quo (tempore). *Eodem modo praeced.* בַּעֲבוּר, אַחַר, בַּאֲשֶׁר, תַּחַת, עַל, עַד, יַעַן. — eo (loco) quo, ubi; quo, quia; propterea quod *Gen.* 39, 9. אֶל־אֲשֶׁר eo (loco) quo, ubi. כַּאֲשֶׁר sicut; quasi, ac si; quum; quando; quod, quia. — 3) אֲשֶׁר לְ qui ei (est), *signif. genitivum* א׳ הַצֹּאן לְאָבִיהָ pecus patris ejus. — 4) אֲשֶׁר *conj.* ὅτι, quod; ut, ἵνα *sq. fut.*; quoniam, quando, ὅτε; ubi, οὗ; sicut, ὡς *sq.* כֵּן.

שֶׁ־ *sq. dag. forti* (*rar.* שַׁ־) *i. q.* אֲשֶׁר *pron. rel.* qui etc.

2) *nota relationis:* שָׁם שָׁם quo etc. 3) *sq.* לְ *indicat genit.* 4) *conj.* quod, quia. 5) *c. praepos.* -בְּשֶׁ eo quod, quia; -כִּמְעַט שֶׁ vix quod; -עַד־שֶׁ donec.

בְּשֶׁל propter: בְּשֶׁלִּי propter me, mea causa; בְּשֶׁלְּמִי propter quem? בְּשֶׁל אֲשֶׁר quantumvis.

אֲשַׁרְאֵלָה (*ab* אָשַׁר *et* אֵל) *N. pr. m.*

אֲשֵׁרָה, אֲשִׁירָה (*fort. i. q.* עַשְׁתֹּרֶת) *N. pr.* deae Syrorum; *pl.* אֲשֵׁרִים *et* אֲשֵׁרוֹת simulacra huj. deae.

אֲשַׁרְנָא *v.* אשר.

אָשַׁשׁ *rad. inus. arab.* stravit, fundavit. — הִתְאֹשָׁשׁוּ *v.* איש.

אָשִׁישׁ *m.* fundamentum; *pl. st. c.* אֲשִׁישֵׁי fundamenta; rudera.

אֲשִׁישָׁה *f.* libum, placenta; *pl.* ־ִים *et* אֲשִׁישׁוֹת.

אֻשִּׁין *m. pl. chald.* fundamenta.

אֶשֶׁת *v.* איש.

אֶשְׁתָּאֹל *N. pr.* oppidi Danitarum.

אֶשְׁתַּדּוּר *v.* שדר.

אֶשְׁתּוֹן *N. pr. m.*

אֶשְׁתְּמֹעַ *et* אֶשְׁתְּמֹה *N pr.* oppidi in tribu Iud.

אֵת *v.* אות.

I. אֵת *m.* ligo; *pl.* אִתִּים *et* אֵתִים 1 Sam. 13, 21. *c. suff.* אִתֵּיכֶם

II. אֵת, אֶת־ *nota accusativi. Interdum c. verbis passivis et neutris conjunctum nominativum notat:* יִקָּרֵא אֶת־שִׁמְךָ tuum nomen appellabitur.— *Cum suff.* אֹתִי, אוֹתִי me; אֹתְךָ, אוֹתְךָ (*in pausa* אֹתָךְ, אוֹתָךְ, *c.* ה *parag.* אֹתְכָה, אֹתְכָה) *m.*, אֹתָךְ *f.* te; אֹתוֹ eum, אֹתָהּ eam; אֹתָנוּ nos; אֶתְכֶם, אוֹתְכֶם vos; אֹתָם, אֶתְהֶם, אוֹתְהֶם eos, אֹתָן, *c.* ה *parag.* אֹתְנָה, אוֹתְהֶן eas.

III. אֵת, אֶת־ *praepos.* cum, apud, penes. אֶת־פְּנֵי פ׳ coram aliquo.— *Cum suff.* אִתִּי mecum; אִתְּךָ (*in pausa* אִתָּךְ) *m.*, אִתָּךְ, אִתָּךְ *f.* tecum; אִתּוֹ cum eo; אִתָּהּ cum ea; אִתָּנוּ nobiscum; אִתְּכֶם, אִתְּכֶן vobiscum; אִתָּם cum iis (*rar.* אֹתִי, אֹתוֹ *etc.*) — מֵאֵת *segregandi notionem habet:* a b. מֵאִתִּי, מֵאוֹתִי a me, מֵאִתְּךָ, מֵאוֹתְךָ a te *etc.*

אֶתְבַּעַל (cum Baal) *N. pr.* regis sidonii.

אַתָּה, *rar.* אַתָּ *m.*; אַתְּ, *in pausa* אָתְּ, *rar.* אַתִּי *f. pron. pers.* tu. — אַתֶּם *m.* אַתֵּן, אַתֵּנָה *f.* vos.

אָתָה (אָתָא *Ies.* 21, 12.) venit, advenit, supervenit (alicui). *Praet. pl.* אָתָנוּ, *imper.*

pl. אֱתָיוּ, *fut.* יֶאֱתֶה, תֵּאתֶה, וַיֵּתֵא, וַיֵּאת, *pl.* יֶאֱתָיוּ. — *Hiph. imper. pl.* הֵתָיוּ adducite, afferte.

אֲתָה *chald.* venit. — *Aph.* הַיְתִי adduxit. — *Hoph.* adductus est.

אִיתוֹן *m.* ingressus, introitus.

אַתּוּן *com. chald.* fornax.

אַתּוּק, אַתִּיק *m.* peristylium.

אַתַּי (*ab* אֵת III.) *N. pr. m.*

אַתֶּם, אַתֵּן *v.* אַתָּה.

אֵתָם *N. pr.* loci in deserto arab.

אֶתְמוֹל, אֶתְמוּל, אִתְּמוֹל *i. q.* תְּמוֹל.

אָתַן *rad. inus.* minutis s. modicis gressibus incessit, substitit.

אָתוֹן *f.* asina (lente gradiens).

אֶתְנָה, אֶתְנַן *v.* יתן.

אֶתְנִי *m.* (donum) *N. pr. m.*

אֲתַר *m. chald.* locus; אֲתַר דִּי eo loco, ubi; בָּאתַר post, בָּתְרָךְ post te.

אֲתָרִים *m.* loca *Num.* 21, 1. *Al.* Nom. propr. loci in Palaestina australi.

ב

בְּ *praepos.* 1) *loci*: in *c. ablat.*; inter; apud, prope; coram. *Motum non significat, nisi ubi simul manendi s. adhaerendi notio adest.* — 2) *temporis*: in, intra. *Transl. dic.* 3) *de eo, cui sensus s. animus inhaeret*; 4) *de eo, quocum quis venit*; 5) *de instrumento*: per (ablat. lat.); 6) *de pretio*; 7) *de causa*: propter, pro; 8) *de norma*: secundum, ad; 9) *in jurejur.*: per (quem s. quod juratur); 10) *praef. infinitivo*: quum, dum. — *Cum suff.* בִּי; בְּךָ *m.* (*in pausa* בָּךְ), בָּךְ *fem.*; בּוֹ, בָּהּ; בָּנוּ; בָּכֶם; בָּהֶם *et* בָּם, בָּהֶן.

בֹּאָה *v.* בּוֹא.

בְּאוֹשׁ *v.* באשׁ.

בָּאַר — *Pi.* בֵּאֵר effodit, incidit (tabulis), inscripsit *sq.* עַל. 2) explicuit, interpretatus est *Deut.* 1, 5.

בְּאֵר *f.* (*pl. st. c.* בְּאֵרוֹת) puteus, cisterna, fovea. 2) *N. pr.* stationis Isr. in deserto; oppidi in tribu Iuda. — בְּאֵר אֵלִים (puteus heroum) locus ignotus. בְּאֵר לַחַי רֹאִי (puteus viventis sc. Dei et visionis) *nom.* putei in deserto. בְּאֵר שֶׁבַע (p. jurisjur.) *nom.* urbis in tribu Simeon. בְּאֵרוֹת *nom.* urbis in tribu Benjam.; בְּאֵרֹתִי, בֵּרֹתִי *nom. gentile.* בְּאֵרֹת בְּנֵי יַעֲקָן (putei filiorum Iaacani) *nom.* stationis Isr. in deserto arab.

באר, *frequentius* בּוֹר *m.* puteus, cisterna, fovea; 2) cisterna in qua captivi tenentur, carcer, custodia, בֵּית הַבּוֹר domus custodiae; 3) sepulcrum, orcus, יוֹרְדֵי בוֹר morientes, mortui; עַד בּוֹר usque ad sepulcrum. — *Cum* ה *loc.* בֹּרָה, *pl.* בֹּארוֹת, בֹּרוֹת.

בְּאֵרָא *N. pr. m.*

בְּאֵרָה *N. pr. m.*

בְּאֵרִי *N. pr.* patris Hoseae. 2) soceri Esavi.

בָּאַשׁ (*fut.* יִבְאַשׁ) male oluit, putuit, foetuit. — *Niph.* foetidus factus est, *metaph.* odiosus fuit (alicui *sq.* בְּ, אֶת). — *Hiph.* הִבְאִישׁ foetidum, odiosum reddidit *sq.* בְּ; *intrans.* foetuit *Exod.* 16, 24., exosus fuit; improbe egit. — *Hithp.* se odiosum praebuit (alicui *sq.* עִם).

בְּאֵשׁ *chald.* malus fuit, *sq.* עַל alicui displicuit.

בְּאֹשׁ *m.* foetor; *c. suff.* בָּאְשׁוֹ, בָּאְשָׁם.

בָּאְשָׁה *f.* herba inutilis *s.* sterilis.

בְּאֻשִׁים *pl. m.* labruscae, uvae acidae.

בִּאוּשׁ *m. chald.* malus, malignus; *fem. emph.* בִּאוּשְׁתָּא.

בְּאַתַר *v.* אֲתַר.

בָּבָה *v.* בּוּב.

בֵּבַי *N. pr. m.*

בָּבֶל *f.* Babylon, *c.* ה *loc.* בָּבֶלָה; 2) regnum babylonic.

בַּבְלָי *chald.* Babylonius, *pl. st. c.* בַּבְלָיֵא.

בַּג *m.* cibus.

בָּגַד (*fut.* יִבְגֹּד, יִבְגַּד, *inf. constr.* בְּגוֹד *c. suff.* בִּגְדוֹ) texit; fraudulenter et perfide egit, fefellit; perfide deseruit *sq.* בְּ *et* מִן; *part.* בֹּגֵד perfidus, impius. 2) vim intulit; arrogans fuit.

בֶּגֶד *m.* (*fem. Lev.* 6, 20. *c. suff.* בִּגְדוֹ, בִּגְדֵי, *pl.* בְּגָדִים, *constr.* בִּגְדֵי, בִּגְדוֹתֶיךָ *Ps.* 45, 9.) tegumentum, stragulum; vestis; 2) perfidia; violentia.

בֹּגְדוֹת *f. pl.* perfidiae, fraudes.

בָּגוֹד *m.* בָּגוֹדָה *f.* perfidus, a.

בִּגְוַי *N. pr. m.*

בִּגְלַל *v.* גלל.

בִּגְתָא *N. pr.* eunuchi Ahasveri.

בִּגְתָן *N. pr.* eunuchi Ahasveri.

בַּד *m.* linum tenuissimum; בַּדִּים vestes linteae. — *Al.* בַּד *v. s.* בדד.

בָּדָא finxit, excogitavit; *part. c. suff.* בָּדָאם *syr. pro* בֹּדְאָם.

בָּדַד se sejunxit, vitam solitariam egit; *part.* בּוֹדֵד separatus, solitarius. — II) *s. q.* בָּדָא excogitavit.

בַּד *m.* sejunctio, separatum; *pl.* בַּדִּים partes, membra, artus; rami arborum; vectes; obices, repagula. לְבַד *adv.* seorsum, solum, tantummodo, אָנֹכִי לְבַדִּי ego solus, אַתָּה לְבַדְּךָ tu solus, לְבַדְּךָ tibi soli, לְבַדּוֹ is solus etc., לְבַד מִן *et* מִלְּבַד praeter, מִלְּבַד אֲשֶׁר praeter id quod, לְבַד עַל *id.* — 2) בַּדִּים vani sermones, mendacia; mendaces, vaniloqui.

בָּדָד *m.* sejunctio, solitudo. לְבָדָד *et* בָּדָד *adv.* seorsum, solum.

בְּדַד *N. pr.* patris Hadadi, regis Idumaeae.

בְּדֵי *v.* דַּי.

בֵּדְיָה *N. pr. m.*

בָּדַל — *Niph.* separatus est; *sq.* לְ selectus est ad alqd.; *sq.* מִן se sejunxit ab alqo; *sq.* אֶל se sejunxit et adjunxit ad alqm. — *Hiph.* הִבְדִּיל separavit, exclusit, selegit *sq.* מִן *et* מֵעַל; distinxit, divisit *sq.* בֵּין — וּבֵין, בֵּין — לְ, בֵּין־לְ, לְבֵין; destinavit *sq.* לְ.

בָּדָל *m.* pars, בְּדַל אֹזֶן auricula.

בְּדִיל *m.* stannum, plumbum. אֶבֶן הַבְּדִיל pondus plumbeum, pondus perpendiculi.

מִבְדָּלוֹת *f. pl.* loca separata.

בְּדֹלַח *m.* bdellium, gummi arboris indicae translucidum et odoratum.

בְּדָן *N. pr.* judicis, *fort. i. q.* בָּרָק 1 *Sam.* 12, 11. 2) al. viri 1 *Chron.* 7, 17.

בָּדַק laceravit, dirupit; 2) aedes ruinosas refecit, restauravit.

בֶּדֶק *m.* fissura, ruinosum; *c. suff.* בִּדְקֵךְ.

בִּדְקַר *N. pr.* ducis Isr.

בְּדַר *chald. i. q. hebr.* בָּזַר. — *Pa. imp.* בַּדַּרוּ spargite.

בָּדָה *rad. inus. arab.* vacuus fuit.

בֹּהוּ *m.* inanitas, vacuum, vastitas.

בַּהַט *m.* genus marmoris.

בָּהַל — *Niph.* נִבְהַל perterritus est, contremuit; trepide aufugit; *sq.* לְ praeceps ruit ad alqd.; subito evanuit. — *Pi.* בִּהֵל perterruit; acceleravit; festinavit; *fut.* יְבַהֵל. — *Py. part.* מְבֹהָל praecipitatus, acceleratus. — *Hiph.* הִבְהִיל perturbavit, praecipitavit.

בְּהַל *chald.* — *Pa.* terruit. *Ithpa. part.* perturbatus.

בֶּהָלָה *f.* perturbatio, *pl.* בֶּהָלוֹת terrores; 2) interitus repentinus.

בְּהִילוּ *f. chald.* festinatio.

הִתְבְּהָלָה *chald. f.* festinatio.

בָּהַם *rad. inus. arab* obmutuit.

בְּהֵמָה *f.* (*st. c.* בֶּהֱמַת, *c. suff.* בְּהֶמְתְּךָ) pecus. בֶּהֱמַת הָאָרֶץ, הַשָּׂדֶה, יַעַר ferae. — *Pl.* בְּהֵמוֹת, *st. c.* בַּהֲמוֹת pecudes, bestiae. 2) *Ioh.* 40,15. *nom.* animalis immanis.

בֹּהֶן *m.* pollex (manus et pedis); *pl.* בְּהֹנוֹת.

בֹּהַן *N. pr.* filii Rubeni; אֶבֶן בֹּהַן *nom.* loci in tribu Iuda.

בָּהַק *rad. inus.* candidus fuit.

בֹּהַק *m. LXX.* ἀλφὸς, maculae albae in cute.

בָּהַר *rad. inus. chald.* splenduit.

בָּהִיר *m.* lucidus, splendens.

בַּהֶרֶת *f.* vitiligo, pustula alba; *pl.* בֶּהָרוֹת.

בּוֹא (*fut.* יָבוֹא, וַיָּבֹא, *part. pl.* בָּאִים, בָּאֵי) intravit, ingressus est *sq. accus.*, אֶל, לְ, בְּ. הָלַךְ *i. q.* יָצָא וּבָא versari, se gerere, *sq.* לִפְנֵי הָעָם populo praeesse, ducem esse. בּוֹא בְּרִית foedus inire. בּוֹא אֶל *s.* עַל אִשָּׁה coire cum femina. שֶׁמֶשׁ בָּאָה sol occidit. 2) venit, pervenit, *sq. acc.*, אֶל, בְּ, לְ, עַל, עַד; evenit, accidit; attulit alqd. *sq.* בְּ *Ps.* 66,3. בּוֹא בַּיָּמִים aetate provehi; *sq.* אֵת, עִם cum alqo. conversari, commercium habere. — *Hiph* הֵבִיא (*c. suff.* הֱבִיאוֹ, *imper.* הָבֵא, הָבִי, הָבִיא, *fut.* יָבִיא, וַיָּבֵא) introduxit, importavit, attulit, obtulit *sq.* עַל, אֶל, לְ. — *Hoph.* הוּבָא introductus, adductus est.

בִּאָה *f.* introitus, aditus.

מָבוֹא *m.* introitus; locus per quem intratur, מְבוֹא הַשֶּׁמֶשׁ locus occidentis solis. — *pl.* מְבוֹאִים (*st. c.* מְבוֹאֵי) *et* מְבָאוֹת.

מוּבָא *m.* ingressus; aditus.

תְּבוּאָה *f.* proventus, reditus, lucrum; *pl.* תְּבוּאוֹת.

תְּבוֹאָה *f.* proventus, lucrum, *Iob.* 22, 21: תְּבוֹאָתְךָ tuum lucrum; *al. interpr. fut. Kal. c.* ה *par. verbi* בּוֹא.

בּוּב — *Niph. part.* נָבוּב excavatus, cavus; stultus.

בָּבָה *f.* cavitas, foramen; בָּבַת עַיִן pupilla oculi.

בּוּז (*fut.* יָבוּז) sprevit; neglexit *sq. acc. et* לְ. *Cf.* בזה, בח.

בּוּז *m.* contemtus. 2) *N. pr.* fratris Abrahami et gentis in Arabia deserta, בּוּזִי Busita. 3) *N.pr.* al. viri 1 Chron. 5, 14.

בּוּזָה *f.* contemtus, res contemta.

בַּוַּי *N. pr. m.*

בּוּךְ — *Niph.* נָבוֹךְ perturbatus, perterrefactus fuit; perterritus oberravit.

מְבוּכָה *f.* perturbatio, consternatio.

בּוּל *i. q.* יְבוּל *v.* יבל.

בּוּן *et* בִּין (distinxit, distincte cognovit) pervidit, animadvertit, attendit *sq.* בְּ, אֶל, לְ, עַל; intellexit; cognitum habuit; sapiens fuit, *part.* בָּנִים prudentes. *Praet.* בִּינוֹתִי, בִּין *et* בַּנְתָּ, בָּן; *fut.* יָבִין. — *Niph.* נָבוֹן intelligens fuit; *part.* נָבוֹן sapiens, נ׳ דָּבָר linguae peritus, facundus. — *Pil.* בּוֹנֵן animadvertit ad alqd. — *Hiph.* הֵבִין explicuit, docuit, erudivit *sq. accus. et* לְ; intelligentem reddidit; attente consideravit *sq.* בְּ, אֶל; intellexit; sapiens fuit; *part.* מֵבִין peritus, doctus. *Imper.* הָבֵן *et* הָבִין, *c. suff.* הֲבִינֵנִי, *fut.* יָבִין, וַיָּבֶן. — *Hithpal.* הִתְבּוֹנֵן se attentum praebuit, attendit *sq. accus.*, אֶל, בְּ, עַל, עַד; percepit, cognitum habuit, intelligens fuit.

בַּיִן, *st. c.* בֵּין *subst.* medium, intervallum; *dual.* אִישׁ בֵּנַיִם, vir medius *i. e.* certamine singulari pugnans. — 2) *Praepos.* inter, intra *(de loco et temp.)*; *conj. cum vv. sciendi, intelligendi, judicandi et testandi signif.* discrimen intercedere. — בֵּין—לְ, בֵּין—וּבֵין, בֵּין — לְבֵין inter — inter (sive — sive *Lev.* 27, 12.). — *Cum suff.* בֵּינִי, בֵּינְךָ *in pausa* בֵּינֶךָ, בֵּינוֹ, *c. suff. pl.* בֵּינֶיךָ, בֵּינֵינוּ *et* בֵּינֹתֵינוּ, בֵּינוֹתֵינוּ, *fem.* בֵּינֵיהֶם, בֵּינֵיכֶם, בֵּינוֹתָם. — אֶל־בֵּין inter (in mediam rem), אֶל־בֵּנוֹת לְ *id.*; מִבֵּין e medio *(zwischen hervor)*, מִבֵּינוֹת לְ *id.*; עַל־בֵּין sursum in medium; בְּבֵין in medio.

בֵּין *chald.* inter; *pl. c. suff.* בֵּינֵיהוֹן.

בִּינָה *f.* intellectus; intelligentia, prudentia. - *chald. id.*

תְּבוּן *m.* תְּבוּנָה *f.* intelligentia, prudentia; *pl.* תְּבוּנוֹת prudenter dicta.

בּוּנָה *N. pr. m.*

בּוּנִּי (*a* בָּנָה) *N. pr. m.*

בּוּס *(fut.* יָבוּס *et* יָבוּס, *part. pl.* בּוֹסִים) conculcavit (hostes, populos). — *Pil.* בּוֹסֵס conculcavit (locum sanctum profanavit). — *Hoph. part.* מוּבָס conculcatus. — *Hithpal. part. f.* מִתְבּוֹסֶסֶת ad conculcandum se praebens s. projecta.

מְבוּסָה *f.* conculcatio *(sensu activo)*.

תְּבוּסָה *f.* interitus.

בּוּעַ *rad. inus. chald.* ebullivit.

אֲבַעְבֻּעוֹת *pl. f.* pustulae in cute.

בוץ *rad. inus.* albus fuit.

בּוּץ, בֻּץ *m.* βύσσος, linum xylinum.

בֵּיץ *s.* בֵּיצָה *f. pl.* בֵּיצִים ova.

בּוֹצֵץ (splendens) *nom.* rupis prope Gibeam.

בוק *rad. inus. i. q.* בקק.

בּוּקָה *f.* inanitas, vacuum, vastitas.

מְבוּקָה *f.* inanitas, expilatio.

בּוּר *i. q.* באר *v.* בָּאַר.

בור (*i. q.* בָּרַר) exploravit.

בוש (*praet.* בּוֹשׁ, בֹּשְׁתָּ, בֹּשׁוּ, בֹּשְׁנוּ; *fut.* יֵבוֹשׁ, אֵבוֹשׁ) erubuit, pudefactus est (*sq.* מִן *rei*, cujus alqm. pudet, *et* לְ *c. inf.*); spe *s.* exspectatione *s.* consiliis excidit (*sq.* מִן *rei*, qua alqs. decipitur); עַד־בּוֹשׁ usque dum puderet *i. e.* justo diutius. — *Pil.* בּוֹשֵׁשׁ moratus, cunctatus est. — *Hiph.* הֵבִישׁ *et* הוֹבִישׁ (*tanquam a* יבשׁ) pudore affecit; ignominiam injunxit alicui; spem alcjs. fefellit; turpiter egit; pudore affectus est. *Part.* מֵבִישׁ imprudens, malus. — *Hithpal.* הִתְבֹּשֵׁשׁ pudore suffusus est.

בּוּשָׁה *f.* pudor, ignominia.

בָּשְׁנָה *f. id.*

בֹּשֶׁת *f.* pudor; *metaph.* de idolis.

מְבוּשׁ *m.*, *pl.* מְבֻשִׁים pudenda.

בות *chald.* pernoctavit.

בַּיִת *m.* (*st. c.* בֵּית, *c. suff.* בֵּיתוֹ, בֵּיתְךָ; *pl.* בָּתִּים [*leg.* *bottim*], *st. c.* בָּתֵּי) habitaculum, domus, palatium (אֲשֶׁר עַל בַּיִת praefectus palatii; בֶּן בַּיִת *s.* יְלִיד verna); tentorium, templum; nidus (araneae); receptaculum alcjs. rei (vas); 2) familia, homines unam domum habitantes vel ejusdem stirpis.— *Cum* ה *loc.* בַּיְתָה, *st. c.* בֵּיתָה domum; *adv.* introrsum, intus; מִבַּיְתָה, מִבַּיִת ex interiore parte, intus (*von innen*); לְ בַּיִת, מִבַּיִת לְ, לְמִבֵּית לְ, מִבֵּית לְ intra.

בַּיִת *m. chald.* domus, palatium, templum.

בִּיתָן *m.* palatium.

Nomm. propr. oppidorum c. בֵּית *composita:* בֵּית אָוֶן in tribu Benjamin. — בֵּית־אֵל inter Hieros. et Sichemum, בֵּית הָאֱלִי *nom. gent.* — ב׳ אָצֵל (domus radicis) in Samaria. — ב׳ אַרְבֵּאל Arbela in Arabia. — ב׳ בַּעַל בֵּית מְעוֹן *et* בַּעַל מְעוֹן, מְעוֹן in tribu Ruben. — ב׳ בָּרָה (locus transitus) Βηθαβαρὰ ad Iordanem. — ב׳ בִּרְאִי (domus m. creationis) in tr. Simeon. — ב׳ גָּדֵר (d. muri) in tribu Iud. — ב׳ הַגִּלְגָּל *i. q.* גִּלְגָּל *v.* גָּלַל. — ב׳ גָּמוּל

(*cf.* גָּמָל) in Moabitide. — בּ׳ דִּבְלָתַיִם *v.* דִּבְלָתַיִם. — בּ׳ דָּגוֹן (templum Dagonis) in tr. Juda et al. in tr. Ascher. — בּ׳ הָרָם *et* הָרָן (d. montis) in tr. Gad. — בּ׳ חָגְלָה (locus perdicum) oppid. Benjaminit. in tr. Juda. — בּ׳ חָנָן (d. gratiae) in tr. Juda vel Dan. — בּ׳ חֹרוֹן (locus cavae viae) duo oppid. in tr. Ephraim. — בּ׳ הַיְשִׁימוֹת (l. in deserto) opp. Rubenitar. ad mare mort. — בּ׳ כַּר (l. pascuus) locus munitus Philistaeor. in tr. Juda. — בּ׳ הַכֶּרֶם (d. vineae) in tr. Juda. — בּ׳ לְבָאוֹת (d. leaenarum) in tr. Simeon.— בּ׳ לֶחֶם (d. panis) *Bηθλεέμ*, opp. in tr. Juda *cf.* אֶפְרָתָה; al. opp. in tr. Sebulon. בֵּית הַלַּחְמִי *nom. gent.*— בּ׳ מִלּוֹא *cf.* עָפְרָה.— בּ׳ לְעַפְרָה *cf.* מִלּוֹא. — בּ׳ מַעֲכָה opp. in rad. Hermonis. — בּ׳ הַמֶּרְחָק (a רָחַק) ad rivum Kidron. — בּ׳ הַמַּרְכָּבוֹת (l. curruum) in tr. Simeon. — בּ׳ נִמְרָה (l. aquae purae) in tr. Gad. — בּ׳ עֶדֶן (l. amoenus) vicus prope Damascum. — בּ׳ עַזְמָוֶת *v.* עַזְמָוֶת. — בּ׳ הָעֵמֶק (d. vallis) in tr. Ascher. — בּ׳ עֲנוֹת (l. vocis repercussae) in tr. Juda. — בּ׳ עֲנָת (*id.*) in tr. Naphtali. — בּ׳ עֵקֶד הָרֹעִים (l. ubi pastores ligant oves) locus prope Samariam. — בּ׳ הָעֲרָבָה (l. in deserto) in confinio tr. Judae et Benj. — בּ׳ פֶּלֶט (l. fugae) in tr. Juda. — בּ׳ פְּעוֹר (*cf.* פְּעוֹר) in Moabitide non procul a Jordane. — בּ׳ פַּצֵּץ (l. dissipationis) in tr. Issaschar. — בּ׳ צוּר (d. rupe munita) in montibus Judae. — בּ׳ רְחֹב (*cf.* רְחֹב, אֲרָם) civitas syr.—בּ׳ שָׁן, שְׁאָן, בּ׳ שְׁאָן (d. quietis) in tr. Manasse cis Jord. — בּ׳ הַשִּׁטָּה (*cf.* שִׁטָּה) opp. ad Jord. — בּ׳ שֶׁמֶשׁ (d. solis) *opp. α*) Levitarum in tr. Juda, בֵּית־הַשִּׁמְשִׁי *nom. gentile*; *β*) in tr. Naphtali; *γ*) in tr. Issaschar s. Sebulon. *δ*) *i. q.* אוֹן in Aegypto.— בּ׳ תּוֹגַרְמָה *v.* תֹּגַרְמָה. — בּ׳ תַּפּוּחַ (l. malorum) in tr. Juda.

בַּז, בּוּז, בְּזָה *v.* בזז.

בָּזָא rapuit, divellit.

בָּזָה *i. q.* בּוּז contemsit *sq. accus.*, לְ, עַל. — *Niph. part.* נִבְזֶה contemtus, *pl.* נִבְזִים. — *Hiph. inf.* הַבְזוֹת spernere.

בָּזֹה *adj. verb.* spretus.

בִּזָּיוֹן *m.* contemtio.

בִּזְיוֹתְיָה (contemtus Jovae) *N. pr.* oppidi in tr. Juda.

נִבְזֶה contemtus, res contemta.

בָּזַז praedatus est, diripuit, expilavit; *partic. pl.* בֹּזְזִים

praedatores. *Praet. pl.* בָּזְזוּ, בַּזֹּנוּ *et* בָּזַזְנוּ, *inf.* בֹּז, *fut.* יָבֹז. — *Niph.* נָבֹז *et Py.* בֻּזַּז direptus, expilatus est.

בַּז *m. (c. suff.* בִּזָּהּ) praeda; הָיָה לָבַז praedam fieri, abduci.

בִּזָּה *f.* praeda.

בָּזָק *vel* בֶּזֶק *m.* fulmen.

בֶּזֶק *N. pr.* oppidi haud procul a Scythopoli, *Βεζέκ*.

בָּזַר (*fut.* יְבַזֵּר) dissipavit, dispersit.

בִּזְתָא *N. pr.* eunuchi Ahasveri.

בָּחַל fastidivit *sq.* בְּ. — *Py. part. f.* מְבֹחֶלֶת avara, avare paratae (opes).

בָּחַן (*imper.* בְּחַן, *c. suff.* בְּחָנֵנִי, בְּחָנוּנִי, *fut.* יִבְחַן) exploravit (metalla igne, animum); tentavit (Deum). — *Niph.* explorari.

בֹּחַן *m.* exploratio.

בַּחַן *m.* specula.

בַּחוּן *m.* specula (machina ad urbes oppugnandas exstructa).

בָּחוֹן *m.* explorator (metallorum).

בָּחַר (*fut.* יִבְחַר) elegit *sq. accus.*, בְּ, לְ, עַל; בָּחַר לוֹ sibi elegit; *sq.* מִן praetulit; *part.* בָּחוּר electus, egregius. 2) delectatus est *sq. accus. et* בְּ. 3) exploravit. — *Niph.* electus est; *part.* נִבְחָר electus, eximius; *sq.* מִן melior, praestantior; *sq. dat.* jucundus, gratus.

בָּחִיר *m.* electus (ἐκλεκτὸς τοῦ θεοῦ, de populo Isr., proph. piisque hom.).

בָּחוּר *m.* juvenis, *pl.* בַּחוּרִים juvenes (*praec. de* exercitu).

בְּחוּרִים *m. pl.* juventus.

בְּחוּרוֹת *f. pl. id.*

בַּחֻרִים *N. pr.* oppidi in tribu Benjam.; בַּחֲרוּמִי *et* בַּרְחֻמִי *nom. gentile.*

מִבְחָר, מִבְחַר *m.* electio; *metonym.* electum, optimum, 2) *N. pr. m.*

מִבְחוֹר *m. id.*

בָּטָא *et* בָּטָה temere locutus est; *part.* בּוֹטֶה garrulus. — *Pi.* בִּטֵּא temere pronuntiavit.

מִבְטָא *m.* temeritas (in loquendo), מִ׳ שְׂפָתַיִם temerarius sermo.

בָּטַח (*inf.* בְּטוֹחַ, *c. suff.* בִּטְחָהּ, *imper.* בְּטַח, *fut.* יִבְטַח, *pl. fem.* תִּבְטַחְנָה) confisus est *sq.* בְּ, אֶל, עַל; *Job.* 6, 20. *impers.* fiducia fuit; *part.* בָּטוּחַ confisus. 2) securus fuit; levis *s.* incautus fuit; *part.* בּוֹטֵחַ securus; levis. — *Hiph.* הִבְטִיחַ fiduciam alicui attulit, securum alqm. reddidit *sq.* אֶל *et* עַל.

בֶּטַח *m.* fiducia; securitas.

לָבֶטַח *et* בֶּטַח *adv.* confidenter, secure, tuto. — 2) *N. pr.* oppidi aram.

בִּטְחָה *f.* fiducia.

בִּטָּחוֹן *m.* fiducia, spes.

בַּטֻּחוֹת *f. id., pl.* בַּטֻּחוֹת.

מִבְטָח *m.* (*c. suff.* מִבְטַחִי, מִבְטַחִים, *pl.* מִבְטְחֵיהֶם, מִבְטְחָה) fiducia; securitas; *metonym.* id, in quo fiducia ponitur.

אֲבַטִּיחִים *v.* טבח.

בָּטַל cessavit, feriatus est.

בְּטֵל *chald. id.* — *Pa.* בַּטֵּל impedivit, detinuit.

בֶּטֶן *f.* (*c. suff.* בִּטְנִי) venter, alvus, uterus. פְּרִי בֶטֶן fetus, מִבֶּטֶן, מִבֶּטֶן, מִן־הַבֶּטֶן אִמִּי ἐκ γαστρός, in s. ab utero, a teneris; 2) ἡ κοιλία, intima penetralia (pectoris animi, orci); 3) prominentia (columnae instar ventris). 4) *N. pr.* oppidi in tr. Ascher.

בָּטְנִים *m. pl.* pistacia, nuces oblongae.

בְּטֹנִים *N. pr.* oppidi in tr. Gad.

בִּי *partic. precandi (ubique sq.* אֲדֹנִי *vel* אֲדֹנָי) quaeso! obsecro!

בִּין, בֵּין, בִּינָה *v.* בּוּן.

בֵּיצִים *v.* בּוּץ.

בִּיר *i. q.* בְּאֵר.

בִּירָה *f.* arx.

בִּירָה *f. chald. id.*

בִּירָנִית *f.* arx, castellum; *pl.* בִּירָנִיּוֹת.

בַּיִת, בִּיתָן *v.* בּוּת.

בָּכָה (*fut.* יִבְכֶּה, וַיֵּבְךְּ, *inf.* בָּכֹה *et* בָּכוֹ) flevit, ploravit *sq. accus.*, אֶל, לְ, עַל. — *Pi.* deploravit alqm. *sq. accus. et* עַל.

בָּכָא *m.* fletus. עֵמֶק הַבָּכָא (*Jammerthal*) *N. pr.* vallis in Palaestina. 2) *nom.* arboris; *pl.* בְּכָאִים.

בֶּכֶה *m.* fletus.

בָּכוּת *et* בְּכִית *f. id.*

בְּכִי *m.* (*in pausa* בֶּכִי, *c. suff.* בִּכְיִי) fletus; *metaph.* stillatio aquarum (in fodinis).

בֹּכִים *N. pr.* oppidi prope Gilgal.

בָּכַר *Kal. inus.* prima luce egit, maturus fuit. — *Pi.* בִּכֵּר praecoces fructus tulit; primogenitum fecit, jus primogeniti in alqm. contulit. — *Py.* primum genitus est. — *Hiph.* primum peperit.

בְּכוֹר *m.* primum genitus, primogenitus; בְּכֹרוֹת *pl. fem.* primitiae (brutorum). *Trop.* בְּכוֹר מָוֶת morbus mortifer; בְּכוֹרֵי דַלִּים pauperrimi.

בְּכוֹרָה *f.* primogenitura, jus primogeniti.

בְּכוֹרַת *N. pr. m.* 1 *Sam.* 9,1.

בְּכִירָה *f.* primum genita.

בֹּכְרוּ (i. q. בֶּכֶר הוּא) N. pr. m.

בִּכְרִי (juvenilis) N. pr. m.

בֵּכֶר m. camelus juvencus; fem. בִּכְרָה.

בֶּכֶר N. pr. filii Ephraimi, בַּכְרִי nom. gent. 2) filii Benjamini.

בִּכּוּר m. — pl. בִּכּוּרִים et בִּכֻּרִים primitiae frugum. יוֹם הַבִּכּוּרִים pentecoste Num. 28, 26.

בִּכּוּרָה f. ficus praecox.

בְּכוּרָה f. maturitas praepropera, תְּאֵנֵי בַּכֻּרוֹת ficus praecoces.

בל v. בלה.

בֵּל Belus i. q. בַּעַל.

בְּלָא v. בָּלָה.

בַּלְאֲדָן (cuj. dominus Baal) N. pr. regis babyl. cf. מְרֹדַךְ.

בָּלַג Kal. inus. nituit; gavisus est. — Hiph. הִבְלִיג sq. עַל oriri jussit super alqm; hilaris factus est Ps. 39, 14.

בִּלְגָּה (hilaritas) N. pr. sacerdotis.

מַבְלִיגִית f. exhilaratio.

בִּלְדַּד N. pr. amici Jobi.

בָּלָה (fut. יִבְלֶה) attritus est, usu veteravit; sq. מֵעַל veteratum decidit; consenuit; consumtus est. — Pi. בִּלָּה attrivit, veterascentem reddidit; usu consumsit; durius tractavit alqm.

בְּלָא chald. id. — Pa. attrivit, durius tractavit.

בָּלֶה m. בָּלָה f. detritus, obsoletus; trop. effetus.

בְּלוֹאִים et בְּלוֹיִם m. pl. vilia et vetustate contrita vestimenta.

בְּלוֹ m. chald. vectigal pro utensilibus.

תַּבְלִית f. consumtio, abolitio.

בַּל m. chald. (cor sollicitum) animus.

בַּל (consumtio) adv. poët. non, nihil.

בְּלִי consumtio, pernicies; 2) defectus; adv. nihil. בִּבְלִי et בְּלִי sine, בִּבְ׳ דַעַת imperite; — לִבְלִי sine; — מִבְּלִי propter defectum, quod non s. nihil, sine; sq. particip. ita ut non sit, הֲמִבְּלִי אֵין an propterea quod non? מִבְּלִי אֲשֶׁר לֹא propterea quod non; — עַד בְּלִי usque ad defectum s. interitum; — עַל בְּלִי propterea quod non.

בְּלִימָה (compos. ex בְּלִי et מָה) nihil.

בְּלִיַּעַל (compos. ex בְּלִי et יַעַל) m. inutilitas: pernicies, נַחֲלֵי בְ׳ torrentes exitiabiles; 2) nequitia, אִישׁ בְּ׳ homo nequam; 3) concr. homo improbus.

בִּלְעֲדֵי et בַּלְעֲדֵי (comp. ex בַּל et עֲדֵי) non ad. nihil ad

(בִּלְעָדַי nihil ad me); sine; praeter. — מִבִּלְעֲדֵי sine; praeter.

בֵּלֶת consumtio, *nonnisi cum jod. parag.* בִּלְתִּי non; nisi; sine; praeter *c. suff.* בִּלְתִּי praeter me, בִּלְתְּךָ praeter te. — לְבִלְתִּי *sq. inf.* ut non, ne; *sq. verbo fin.* non. — מִבִּלְתִּי *sq. inf.* propterea quod non. — עַד־בִּלְתִּי *sq. praet.* usque dum non.

בָּלַהּ — *Pi.* בִּלַּהּ *i. q.* בָּהַל terruit.

בַּלָּהָה *f.* terror; pernicies repentina.

בִּלְהָה *N. pr.* servae Rahelis; 2) oppidi in tr. Simeon.

בִּלְהָן *N. pr.* duor. virorum.

בְּלוֹ, בְּלוֹאִים *v.* בָּלָה.

בֵּלְטְשַׁאצַּר *N. pr. chald.* Danielis.

בְּלִי, בְּלִימָה, בְּלִיַּעַל *v.* בָּלָה.

בָּלַל (*fut.* יָבֹל) perfudit *sq.* בְּ aliqua re; *intrans.* perfusus est; 2) confudit, miscuit, conturbavit. — *Hithpo.* se permiscuit *sq.* בְּ cum alqo. — II) *Denom. a* בְּלִיל: pabulum praebuit *Jud.* 19,21. — III) marcuit *Jes.* 64, 5.

בְּלִיל *m.* farrago.

תֶּבֶל *m.* concubitus inhonestus.

תְּבַלֻּל *m.* inquinatus, maculatus *Lev.* 21, 20. ת׳ בְּעֵינוֹ oculi albugine laborans.

בָּלַם obturavit, constrinxit.

בָּלַס ficus vellicavit.

בָּלַע absorpsit, devoravit, perdidit; עַד־בִּלְעִי רֻקִּי donec absorpsero m. salivam *i. e.* temporis momento brevissimo. — *Niph.* devoratus, perditus est, *sq.* מִן הַיַּיִן vino mergi. — *Pi.* glutivit (כְּבַלַּע sicut absorbetur *i. e.* ne uno quidem momento); devoravit; perdidit. — *Py.* absorptus est, pessum ivit. — *Hithpa.* perditus est.

בֶּלַע *m.* (absorptio) pernicies; id quod absorptum est *c. suff.* בִּלְעוֹ 2) *N. pr.* oppidi ad mare mort. 3) *nom* regis Edomit.; filii Benjam., בַּלְעִי *n. patron.*; al. viri.

בִּלְעֲדֵי, בִּלְעָדַי *v.* בָּלָה.

בִּלְעָם (non ex populo, peregrinus) *N. pr.* prophetae, Βαλαάμ.; 2) *i. q.* יִבְלְעָם.

בָּלַק evacuavit, vastavit. — *Py. part. f.* מְבֻלָּקָה vastata.

בָּלָק *N. pr.* regis Moabit.

בֵּלְאשַׁצַּר *et* בֵּלְשַׁאצַּר *N. pr.* regis ultimi Chaldaeorum (Nabonnedus s. Labynetus).

בִּלְשָׁן *N. pr. m.*

בִּלְתִּי *v.* בֵּלֶת *s.* בָּלָה.

בָּמָה *f.* (*pl.* בָּמוֹת, *st. c.* בָּמוֹתֵי [בָּמֳתֵי *Kri*] *c. suff.* בָּמוֹתֵי בָּמוֹתֶיךָ) locus excelsus, lo-

cus tutus, arx, רָכַב עַל בָּמוֹתֵי אָרֶץ super alta terrae vehi *i.e.* victorem esse, דָּרַךְ עַל בּ׳ calcare alta, subjecta habere omnia; 2) saltus, montes, in quibus populus jud. Jovae et diis commentitiis sacra offerebat, fana (בָּתֵּי הַבָּמוֹת *et simpl.* בָּמוֹת) exstruebat et sacerdotes (כֹּהֲנֵי הַבָּמוֹת) instituebat. 3) tumulus sepulcri.

בָּמוֹת *et* בָּמוֹת בַּעַל *N. pr.* oppidi in Moabit. ad Arnonem fluv.

בִּמְהָל (filius circumcisionis) *N. pr. m.*

בְּמוֹ *i. q.* בְּ *v.* מוֹ, מָה.

בָּנָה (*inf.* בְּנֹה, *constr.* בְּנוֹת, *fut.* יִבְנֶה, וַיִּבֶן) exstruxit, aedificavit *sq. accus.*; *sq. dupl. acc.* construxit alqd. ex alqa re, *sq.* בְּ in exstruendo occupatus fuit *vel* alqa re condidit; *sq. accus. et* לְ exstruendo fecit alqd. ad alqd., בּ׳ אֶת־הָהָר montem aedificiis ornavit; restauravit (aedes ruinosas); *metaph. de pers. et populis* beneficiis auxit alqm., בּ׳ בַּיִת לְ prolem concessit alicui. — *Niph.* exstructus est, restauratus est; prole s. liberis auctus est.

בְּנָה, בְּנָא *chald.* aedificavit. *Ithpe.* exstructus est.

בֵּן *m.* (*st. c.* בֶּן *rar.* בֵּן *c. suff.* בִּנְךָ, בְּנוֹ, בְּנִי, *pl.* בָּנִים, בְּנֵי) filius; בְּנֵי בָנִים nepotes, posteri, בְּנֵי עַמּוֹן Ammonitae, *sed sing.* אִישׁ מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל Israelita; בְּנֵי צִיּוֹן Zionitae; בְּנֵי נְבִיאִים discipuli prophetarum. — *Addito sortis, virtutis vitiive nomine, is significatur, cui haec tribuuntur:* בֶּן־עַוְלָה injustus; בֶּן־מָוֶת morti destinatus. *Sed res quoque dicuntur filii ejus rei, ad quam pertinent, ut* filius arcus *i. e.* sagitta *etc.* — *Cum voc. numerorum:* בֶּן־שְׁמֹנִים שָׁנָה octoginta annos natus, בֶּן־שָׁנָה anniculus. — *De animal.* pullus, בֶּן־יוֹנָה pullus columbinus.— בֵּן־פֹּרָת surculus arboris fructiferae.—

בֵּן *N. pr.* 1 *Chron.* 15, 18.

בֵּן *m. chald. id.* — *pl.* בְּנִין, בְּנֵי.

בֶּן־אוֹנִי (fil. mei doloris) *nom.* Benjamino a matre moriente inditum.

בֶּן־הֲדַד (fil. Adadi) *N. pr.* trium regum Syriae Damasc.

בְּנוּי (proles) *N. pr.* variorum virorum.

בֶּן־חַיִל (fortis) *N. pr. m.*

בֶּן־חָנָן (fil. benigni) *N. pr. m.*

בָּנִי (exstructus) *N. pr.* nonnull. virorum.

בֻּנִּי (exstructus) *N.pr.* duor. virorum.

בְּנֵי בְרַק *N. pr.* oppidi in tr. Dan.

בִּנְיָה *f.* aedificium.

בְּנָיָה (quem Jova fortunat) *N. pr.* nonnull. virorum. — *etiam i. q. sq. v.*

בְּנָיָהוּ *(id.) N. pr.* nonnullor. virorum.

בִּנְיָמִין (fil. dextrae *i. e.* fortunae) Benjaminus, fil. Jacobi; *nom. patron.* בֶּן־יְמִינִי, אִישׁ יְמִינִי, בֶּן־הַיְמִינִי *et* יְמִינִי, *pl.* בְּנֵי יְמִינִי; אֶרֶץ־יְמִינִי terra Benjaminitarum.

בֶּן־יָמִין *(id.) N. pr.* duor. virorum. 2) *i. q.* בִּנְיָמִין 1 *Sam.* 9, 1.

בִּנְיָן *m.* aedificium.

בְּנִינוּ *(noster filius) N.pr.m.*

בַּת *f.* (*c. suff.* בִּתִּי, *pl.* בָּנוֹת, *constr.* בְּנוֹת) filia, neptis; — בְּנוֹת יִשְׂרָאֵל puellae Israeliticae. — בַּת *sing.* conj. c. nom. urbis s. terrae, omnes signif. ejus incolas: בַּת צֹר Tyrii, בַּת מִצְרַיִם Aegyptii. — בְּנוֹת הָעִיר pagi in alcjs urbis agro siti. — בַּת תִּשְׁעִים שָׁנָה nonaginta annos nata. — בְּנוֹת הַשִּׁיר cantrices. — בַּת עַיִן pupilla oculi.

בַּת *f. chald. id. pl.* בְּנָתִין.

בַּת־רַבִּים (filia multorum) *N. pr.* portae Hesbonis.

בַּת־שֶׁבַע (filia jurisjur.) *N. pr.* uxoris Uriae.

בַּת־שׁוּעַ *id.*

מִבְנֶה *m.* aedificium.

תַּבְנִית *f.* exemplar, πρωτότυπον (Modell); imago, aliquid instar alcjs rei exstructum.

בנט *rad. inus. unde deriv.*

אַבְנֵט *m.* balteus (virorum primorum).

בְּנַס *chald.* iratus est.

בִּנְעָא *N. pr. m.*

בְּסוֹדְיָה (in concilio Jovae) *N. pr. m.*

בֵּסַי *N. pr. m.*

בָּסַר *rad. inus. arab.* intempestivo temp. fecit; austerus fuit.

בֶּסֶר *m.* uva immatura et cruda.

בֹּסֶר *m. id.*

בָּעַד *rad. inus. arab.* distitit, abfuit.

בְּעַד *praep.* circum, circa; intra (de loco); in *s.* per (mediam rem); pro (de intercedentibus). — *C. suff.* בַּעֲדוֹ, בַּעַדְךָ, בַּעֲדֵנִי, *et* בַּעֲדִי, בַּעַדְכֶם, בַּעֲדֵינוּ *et* בַּעֲדֵנוּ. — מִבַּעַד לְ ex alqa re media.

בָּעָה effecit ut intumesceret *s.* ebulliret; acriter quaesivit, petiit, *fut. pl.* תִּבְעָיוּן, *imp. pl.* בְּעָיוּ. —

Niph. intumuit, eminuit; perquisitus est.

בְּעָה *et* בְּעָא *chald.* quaesivit; precatus est; petiit *sq.* מִן *et* מִן קֳדָם.

בָּעוּ *f. chald.* precatio.

בְּעִי *m.* precatio, preces.

בְּעוֹן *i. q.* מְעוֹן.

בְּעוֹר (fax) *N. pr.* patris Bileami.

בֹּעַז *N. pr.* conjugis Ruthae; 2) *nom.* columnae in templo salom.

בָּעַט calcitravit *i. e. vel* sprevit, neglexit *vel* ferox fuit.

בְּעִי *v.* בָּעָה.

בְּעִיר *v.* בער.

בָּעַל dominatus est in alqm *sq. accus. et* לְ; 2) uxorem duxit, *part. pl. majest.* בֹּעֲלַיִךְ tuus maritus, בְּעוּלָה *et* בְּעֻלַת־בַּעַל maritata; 3) *sq.* בְּ fastidivit, despexit. — *Niph.* in matrimonium duci.

בַּעַל *m.* (*suff.* בַּעְלִי, בַּעְלָהּ, בַּעְלֵיהֶם) dominus; *c. aliis subst. conjunctum signif. eum, qui alqd. possidet vel cui cum alqa re intercedit necessitudo quaedam:* ב׳ הַחֲלֹמוֹת somniator, בַּעֲלֵי שְׁכֶם incolae Sichemi *etc. Pl.* בְּעָלִים (*st. c.* בַּעֲלֵי, *c. sff.* בְּעָלָיו, בְּעָלַיִךְ) *non raro dic. de* uno domino. — 2) הַבַּעַל Baal, *nom.* dei phoenicii; הַבְּעָלִים statuae Baalis. — 3) *N. pr.* duor. virorum.— 4) *Nomm. pr. oppidorum:* בַּעַל גָּד oppid. in finibus Palaest. septentr.; ב׳ הָמוֹן in radicibus Libani; ב׳ חָצוֹר in tr. Ephr.; ב׳ חֶרְמוֹן opp. et jugum in Hermone monte; ב׳ מְעוֹן *et* בֵּית מְעוֹן in tr. Rubenit.; ב׳ פְּרָצִים (locus cladium) *nom.* loci, ubi Philistaei a Davide fugati sunt; ב׳ צְפוֹן in Aegypto; ב׳ שָׁלִשָׁה in mont. Ephr.; ב׳ תָּמָר (locus palmarum) non procul a Gibea; בַּעֲלֵי יְהוּדָה (cives Iud.) *i. q.* בַּעֲלָה.

בְּעֵל *m. chald.* dominus.

בַּעֲלָה *f.* domina; *collect.* (*ut* בַּת) civitas. 2) *N. pr. oppidi* in fin. tr. Judae septentr., *etiam* קִרְיַת־בַּעַל *et* קִרְיַת יְעָרִים; al. urbis in ead. tribu, *alibi* בָּלָה *et* הַבַּעֲלָה.

בַּעֲלָת (civitas) *N. pr.* urbis in tribu Dan.

בְּעָלוֹת (civitates) *N. pr.* urbis in tr. Juda.

בְּעֶלְיָדָע (cui Baal prospicit) *i. q.* אֶלְיָדָע.

בְּעַלְיָה (in quem dominatur Jova) *N. pr. m.*

בַּעַל־חָנָן (dom. gratiae) *N. pr.* regis Edomit.

בַּעֲלִיס *N. pr.* regis Ammonit.

בַּעֲנָא (filius aerumnarum *N. pr. m.*

בַּעֲנָה (*id.*) *N. pr. m.*

בָּעַר (depavit, consumsit) arsit, *sq.* בְּ concremavit alqd.; exarsit, combustus fuit, flagravit (irâ); (*denom. a sq.* בְּעִיר) obbrutuit, stultus fuit, *part.* בֹּעֲרִים bruti. — *Niph.* efferatus est, brutus *s.* stultus factus est.— *Pi.* בִּעֵר *trans.* depavit; incendit; absumsit, removit. — *Py. part. f.* מְבֹעֶרֶת incensa. — *Hiph.* depavit; accendit; abstulit, everrit.

בְּעִיר *m. collect.* pecus.

בַּעַר *m.* brutus, stultus.

בְּעֵרָה *f.* incendium.

בַּעְרָא *N. pr. m.*

תַּבְעֵרָה *N. pr.* loci in deserto arab.

בַּעֲשֵׂיָה (opus Dei) *N. pr. m.*

בַּעְשָׁא (*a chald.* בְּאֵשׁ malus fuit) *N. pr.* regis Isr., fil. Ahiae.

בְּעֶשְׁתְּרָה *v.* עַשְׁתֹּרֶת.

בָּעַת — *Niph.* נִבְעַת territus est, expavit. — *Pi.* בִּעֵת perterruit; subito invasit, de improviso accidit. *Fut.* יְבַעֲתֻ, *part. f. c. suff.* מְבַעַתְךָ.

בְּעָתָה *f.* terror.

בִּעוּתִים *pl. m.* terrores.

בֹּץ, בִּצָּה *v.* בצץ.

בֵּצַי (*i. q.* בֵּסַי) *N. pr. m.*

בָּצִיר *v.* בצר.

בָּצָל *m.* cepa.

בַּצְלִית, בַּצְלוּת *N. pr. m.*

בָּצַע secuit, fregit, abrupit; 2) diripuit; injustum lucrum fecit. — *Pi* בִּצַּע abscidit (vitae filum); absolvit, perfecit; 2) lucrum turpe exegit.

בֶּצַע *m.* (*c. suff.* בִּצְעָם) rapina, praeda; lucrum (מַה־בֶּצַע quid lucri?) lucrum improbum; opes turpiter partae.

בָּצַץ *rad. inus. arab.* tardius s. paullatim fluxit.

בֹּץ *m.* coenum, uligo, limus.

בִּצָּה *f. id.* — *pl. c. suff* בִּצֹּאתָו *pro* בִּצוֹתָיו.

בָּצֵק intumuit.

בָּצֵק *m.* massa farinacea (fermento intumescens).

בָּצְקַת (vicus elatior) *N. pr.* oppidi in tr Juda.

בָּצַר abscidit (*impr. de uvis*), vindemiavit; *trop.* subtraxit, *Ps.* 76, 13. *Part.* בֹּצֵר vindemiator; *trop.* hostis atrociter vastans. 2) inaccessum reddidit, munivit; *part.* בָּצוּר inaccessus, aditu difficilis, munitus; *trop.* arduus intellectu. — *Niph.* abscissus *s.* praeclusus est *sq.* מִן alicui. — *Pi.* munivit (oppidum).

בָּצִיר *m.* vindemia; — *ad·*

i. q. בָּצוּר munitus *Zach.* 11, 2.

בֶּצֶר *m.* auri *vel* argenti particula.

בֶּצֶר *m. id.* — 2) *N. pr.* urbis in tr. Ruben. 3) *N. pr.* viri.

בָּצְרָה *f.* septum pecorum. — 2) *N. pr.* urbis Idumaeorum, *Βόστρα.*.

בִּצָּרוֹן *m.* locus munitus.

בַּצֹּרֶת *f. et pl.* בַּצָּרוֹת defectus pluviae, siccitas.

מִבְצָר *m.* munimentum, עִיר מ׳ urbs munita; *pl.* מִבְצָרִים *et* מִבְצָרוֹת. — 2) *N. pr.* princ. Idumaeorum.

בַּקְבּוּק, בֻּקִּי *etc. v.* בקק.

בָּקַע *sq. accus. et* בְּ fidit, diffidit; rupit, disrupit; rumpendo aperuit *s.* eduxit; irrupit; expugnavit; pullos exclusit. — *Niph.* diffissus, disruptus est; expugnatus est; apertus est, prorupit; (ovo) exclusus est. — *Pi.* diffidit; discerpsit; rumpendo eduxit, propulit; (ovum) exclusit. — *Py.* ruptus est; expugnatus est. — *Hiph.* perrupit; irrupit *sq.* אֶל. — *Hoph.* perruptus est. — *Hithp.* se fidit, se disrupit.

בְּקִיעַ *m.* fissura.

בֶּקַע *m.* (dimidium) dimidium sicli.

בִּקְעָה *f.* vallis; *pl.* בְּקָעוֹת. — בִּקְעַת הַלְּבָנוֹן vallis Libani, inter Antilib. et Hermonem sita, *κοιλὴ Συρία.* — אָוֶן *v.* בִּקְעַת אָוֶן.

בָּקַק (evacuavit) exhausit, populatus est (terram); *sq.* אֶת־עֵצָה consilio privavit; 2) late se diffudit (vitis). — *Niph.* נָבַק (*inf.* הִבּוֹק, *fut.* יִבּוֹק) evacuatus, exhaustus, perditus est. — *Po. fut.* יְבֹקְקוּ evacuabunt, populabuntur.

בַּקְבֻּק *m.* lagena. — 2) *N. pr. m.*

בַּקְבֻּקְיָה (depopulatio Jovae) *N. pr. m.*

בַּקְבַּקַּר (vastatio montis) *N. pr. m.*

בֻּקִּי (*i. q. sq. v.*) *N. pr.* principis Danitarum; 2) al. hom.

בֻּקִּיָּהוּ (vastatio Jovae) *N. pr. m.*

בִּקֵּר — *Pi.* diligenter inspexit; *sq.* בְּ cum voluptate adspexit; *sq.* לְ *et* בֵּין—לְ sedulo inquisivit; reputavit; curavit; (animadvertit in alqm.). — II) *i. q.* בִּכֵּר praecessit, *v.* בֹּקֶר.

בַּקַּר *Pa. chald.* quaesivit. *Ithpa.* quaeri.

בַּקָּרָה *f.* cura.

בִּקֹּרֶת *f.* animadversio, poena.

בָּקָר *comm. collect.* armentum, boves. בּ׳ עָלוֹת vaccae lactantes; בֶּן בָּקָר bos juvencus. — *Rar. pl.* בְּקָרִים boves, armenta.

בּוֹקֵר *m.* pastor

בֹּקֶר *m.* (*pl.* בְּקָרִים) lux oriens. — *Adv.* בַּבֹּקֶר, בֹּקֶר *et poët.* לַבֹּקֶר mane; בַּבֹּקֶר לִבְקָרִים, לַבְּקָרִים, בַּבֹּקֶר quovis mane; 2) mane postridie; cras, crastino die; עַד הַבֹּקֶר in mane crastinum. — לַבֹּקֶר *poët.* mox, illico *Ps.* 49, 15. *etc.*

בִּקֵּשׁ — *Pi.* בִּקֵּשׁ quaesivit *sq. accus. et* לְ, inquisivit in alqd. *sq.* לְ; בּ׳ אֶת־פְּנֵי יְהוָֹה *vel* בּ׳ אֶת־יְהוָֹה ad Jovam se convertere; 2) sectatus est, studuit alicui rei *sq. accus. et* לְ; בּ׳ נֶפֶשׁ פּ׳ vitae alcjs. insidiari; 3) poposcit *sq.* מִן, בּ׳ דַּם פּ׳ caedem alcjs. ulcisci; 4) petiit ab aliquo alqd. *sq.* מִן, *accus. et* לְ *pers., et* עַל, בְּעַד *et accus. rei.*

בַּקָּשָׁה *f.* petitio.

בַּר, בָּר, בֹּר *v.* ברא *et* ברר.

בָּרָא (*inf.* בְּרֹא, *c. suff.* בְּרַאֲךָ, *imper.* בְּרָא, *fut.* יִבְרָא) *propr.* cecidit, excidit; formavit, finxit, creavit; *sq. dupl. accus.* alqd. convertit in alqd. 2) *i. q.* בָּרָה comedit. — *Niph.* creatus est; natus est; effectus est. — *Pi.* בֵּרֵא secuit, cecidit (silvam); trucidavit; incidit, inscripsit. — *Hiph.* saginavit.

יְבֶמֶת *f.* (*c. suff.* יְבִמְתּוֹ) uxor fratris, fratria; uxor fratris mariti.

יַבְנְאֵל (Deus aedificat) *N. pr.* duorum oppid. in trib. Jud. et Naphth.

יַבְנֶה (aedificat) *N. pr.* oppidi Philist., Ἰαμνία, Ἰάμνεια.

יִבְנִיָּה (Jova aedificat) *N. pr. m.*

יַבֹּק (effundit) *N. pr.* rivi in Jord. influentis.

יְבֶרֶכְיָהוּ (Jova benedicit) *N. pr. m.*

יִבְשָׂם (suavis) *N. pr. m.*

יָבֵשׁ (*inf. constr.* יְבֹשׁ, *fut.* יִיבַשׁ, *pl.* יָבְשׁוּ) aridus fuit *s.* factus est, exaruit. — *Pi.* יִבֵּשׁ arefecit. — *Hiph.* הוֹבִישׁ arefecit; *intrans.* aridus fuit, exaruit. *Aliud v. in* בּוֹשׁ.

יָבֵשׁ *m.* יְבֵשָׁה *f.* aridus. 2) *N. pr.* oppidi in Gileaditide (*etiam* יָבֵישׁ); b) viri cujusd.

יַבָּשָׁה, יַבֶּשֶׁת *f.* arida (terra), aridum.

יַבֶּשֶׁת *f. chald. id.*

יְבֹשֶׁת *f.* (*inf. v.* יָבֵשׁ) siccatio.

יִגְאָל (redemtor, vindex) *N. pr.* virorum.

יָגַב *i. q.* גּוּב secuit, aravit; *part.* יוֹגְבִים aratores, agricolae.

יָגֵב *m.* ager, *pl.* יְגֵבִים.

יָגְבְּהָה, *c.* ה *parag.* יָגְבְּהָה (alta) *N. pr.* oppidi in tribu Gad.

יִגְדַּלְיָהוּ (Jova educat) *N. pr. m.*

יָגָה *Kal inus.* doluit, moeruit. — *Niph. part.* נוּגֶה moerore affectus, tristis. — *Pi.* יִגָּה moerore affecit. — *Hiph.* הוֹגָה moestitiam intulit. — II) *Hiph.* הוֹגָה removit 2 *Sam.* 20, 13.

יָגוֹן *m.* moeror, tristitia.

תּוּגָה *f. id.*

יָגוּר (hospitium *v.* גּוּר) *N. pr.* oppidi in tr. Juda.

יָגְלִי (exulans *v.* גָּלָה) *N. pr. m.*

יָגַע (*fut.* יִיגַע, *pl.* יִגְעוּ) laboravit *sq. accus.*, בְּ, *inf. c.* לְ; defatigatus est *sq.* בְּ, taedio affectus est. — *Pi.* יִגַּע defatigavit. — *Hiph.* הוֹגִיעַ defatigavit, molestus fuit alicui alqa re *sq. accus. et* בְּ.

יָגֵעַ *m.* fatigatus; fatigans.

יָגִיעַ *m.* defatigatus, fessus.

יְגַע *m.* labore partum.

יְגִיעַ *m.* labor, defatigatio; labore partum, quaestus, opes.

יְגִיעָה *f.* labor gravis.

יְגַר *m. chald.* acervus (lapidum) *Gen.* 31, 47.

יָגֹר (*praet.* יָגֹרְתָּ, יָגֹרְתִּי) metuit, formidavit *sq. accus.*, מִפְּנֵי.

יָגֹר *m.* metuens.

יָד *com.*, *saepius fem.* (*st. c.* יַד, *c. suff.* יָדִי, יֶדְכֶם; *dual.* יָדַיִם, *st. c.* יְדֵי, *c. suff.* יָדָיו, יְדֵיכֶם) manus: *sq.* אֵת, עִם cum alqo (adjuvans), *sq.* אֶל, בְּ in *s.* contra alqm (adversans, affligens, *rar.* opem ferens); *sq.* עַל super alqo (tutans; numine div. afflans). — 2) *trop.* potentia, robur, praesidium (בְּיַד vi); 3) pars, portio; latus (אֶל יַד, עַל יְדֵי, עַל יַד, לְיַד, בְּעַד יַד a latere, juxta, prope); 4) locus, spatium, אִישׁ עַל־יָדוֹ suo quisque loco; 5) monumentum 1 *Sam.* 15. 2 *Sam.* 18. 6) ratio, mos.— *Plur.* יָדוֹת, *st. c.* יְדוֹת manus arte factae, cardines, axes; brachia *vel* fulcra throni; partes, portiones. — *Cum praefixis:* בְּיַד cum (בְּיָדוֹ secum); per; coram, in conspectu. מִיַּד, מִידֵי ab, ex. עַל יְדֵי, עַל יַד in manum *i. e.* alicui; prope, juxta; super; per; ad (modum). יָד לְיָד a manu ad manum, per omnes hom. aetates.

יַד *com. chald.* manus.

ידא יְדָא v. ידה.

יִדְאֲלָה *N. pr.* loci in tribu Sebulon.

יִדְבָּשׁ *N. pr. m.*

ידד יָדַד jecit, conjecit (sortem). — II) *i. q.* דּוּד dilexit *cf. derivv.*

יְדִיד *m.* dilectus, amicus; amabilis, suavis; *pl. f.* יְדִידוֹת res amabiles, suavitates.

יִדּוֹ (ejus amor) *N. pr.* virorum.

יְדִידָה (dilecta) *N. pr.* matris Iosiae regis.

יְדִידוּת *f.* id quod amatur, deliciae.

יְדִידְיָה (dilectus *s.* amicus Jovae) *cognom.* Salomonis.

ידה יָדָה *i. q.* יָדַד projecit, jaculatus est, *imp. pl.* יְדוּ. *Pi. id., fut.* וַיַּדּוּ, *inf.* יַדּוֹת. — II) *Hiph.* הוֹדָה (*fut.* יוֹדֶה, יְהוֹדֶה, *c. suff.* אוֹדְךָ, אֲהוֹדֶנּוּ) professus, confessus est *sq. accus.*, עַל; celebravit, laudavit *sq. acc.*, לְ. — *Hithp.* הִתְוַדָּה confessus est alqd *sq. accus.*, עַל; celebravit *sq.* לְ.

יְדָא *chald.* — *Aph.* celebravit, laudavit.

תּוֹדָה *f.* confessio; gratiarum actio, celebratio, laus; chorus laudantium.

הֻיְּדוֹת *f. pl.* laudes, celebrationes.

יְהוּדָה (celebratus) *N. pr.* filii Iacobi et tribus ab eo ortae; b) regni Judaici; c) totius terrae Isr. 2) al. virorum.

יְהוּד *chald.* Juda *i. e.* Judaea *s.* Judaei.

יְהוּדִי (*pl.* יְהוּדִים, יְהוּדִיִּים) *Nom. gent.* Judaeus *i. e.* civis regni Jud. b) Israelita quivis; *fem.* יְהוּדִיָּה Judaea, mulier judaica; יְהוּדִית *adv.* judaice, judaicâ linguâ.—2) *N. pr.* viri cujusd.

הִתְיַהֵד *Hithp. denom.* Judaeus factus est, Judaismum secutus est.

יְהוּדַי *chald.* Judaeus.

יְהוּדִית *cf.* יְהוּדִי. 2) *N. pr.* uxoris Esavi.

יְהֻד *N. pr.* oppidi in tribu Dan.

הוֹדַוְיָה (celebrate Jovam) *N. pr.* virorum.

הוֹדַוְיָהוּ *N. pr. m.*

יָדוֹן (judex *v.* דִּין) *N. pr. m.*

יַדּוּעַ (notus) *N. pr.* virorum.

יְדוּתוּן, יְדֻתוּן, יְדִיתוּן (collaudans *cf.* ידה) *N. pr.* Levitae, qui choro musico praefectus erat, et posterorum ejus.

יַדַּי *N. pr. m.*

יְדִידְיָה, יְדִידוּת, יְדִידָה, יָדִיד *v.* ידד.

יְדָיָה (Jova profitetur) *N. pr.* virorum.

יְדִיעֲאֵל (Deus cognovit) *N. pr.* filii Benjamini.

יִדְלָף (lacrima v. דֶּלֶף) *N. pr.* filii Nahoris.

יָדַע (*fut.* יֵדַע, יִידַע; *inf. abs.* יָדוֹעַ, *constr.* דַּעַת, *c. suff.* דַּעְתֵּהּ; *imp.* דַּע, דְּעָה; *part.* יֹדֵעַ, יוֹדֵעַ, *fem.* יֹדַעַת) c o g n o v i t, agnovit, intellexit, sensit, expertus est; noverat, s c i v i t, sapuit (יָדֻעַ sapiens, יָדוּעַ notus, illustris); c u r a v i t, prospexit(Deus), veneratus est (Deum). — *Niph.* נוֹדַע cognitus, notus est, innotuit; expertus est. — *Pi.* יִדַּע indicavit, assignavit. — *Py. part.* מְיֻדָּע cognitus, notus. — *Po.* יוֹדַע indicavit, designavit. — *Hiph.* הוֹדִיעַ (*imp.* הוֹדַע, *fut.* יוֹדִיעַ, *apoc.* יוֹדַע) notum fecit, indicavit *sq. dupl. accus.*, *acc. rei et dat. pers.*; declaravit, manifestavit; edocuit; fecit ut sentiret *i. e.* punivit. — *Hoph.* הוּדַע notum factum est, innotuit. — *Hithp.* הִתְוַדַּע se notum fecit; se revelavit *sq.* אֶל.

יְדַע *chald.* sensit, cognovit, scivit; *fut.* יִנְדַּע. — *Aph.* הוֹדַע indicavit, manifestavit, revelavit.

דֵּעַ *m.* cognitio, scientia.

דֵּעָה *f.* scientia; *pl.* דֵּעוֹת scientia summa; sententiae, judicia.

דַּעַת *f.* cognitio, scientia; intelligentia, sapientia.

יָדָע (scitus) *N. pr. m.*

יְדַעְיָה (Jova cognovit) *N. pr. m.*

יִדְּעֹנִי *m.* (*pl.* יִדְּעֹנִים) persapiens, hariolus.

מַדָּע, מַדַּע *m.* scientia; conscientia.

מַדּוּעַ *adv. interrog.* quare? cur?

מַנְדַּע *m. chald.* scientia, intellectus, mens.

מוֹדָע *m.* cognitio, familiaritas, *concr.* familiaris.

מוֹדַעַת *f. id.*

יָהּ *v.* הוה.

יְהַב dedit; posuit, collocavit; *imper.* הַב, *c.* ה *parag.* הָבָה, *fem.* הָבִי, *pl.* הָבוּ da, cedo, date! pone, ponite! agedum! agite!

יְהַב *chald.* dedit; posuit. — *Ithp.* datus, traditus est.

יְהָב *m.* onus, *c. suff.* יְהָבְךָ *Ps.* 55, 23. (*Al. interpr.* dedit *s.* imposuit tibi.)

הַבְהָבִים *m. pl.* dona (multa).

יֶהְדַּי (*cf.* הָדָה) *N. pr. m.*

יֵהוּא *v.* הוה.

יְהוּדִית, יְהוּדִי, יְהוּדָה, יְהוּד *v.* ידה.

יְהוָֹה *hujusque voc. derivv.*, *quae a* יְהוֹ *vel* יוֹ *ordiuntur*, *v. s. rad.* הוה.

יָהִיר *m.* elatus, superbus.

יַהֲלֹם *v.* חלם.

יַהַץ, יַהְצָה *N. pr.* urbis Moabiticae.

יוֹב *N. pr.* filii Issaschari.

יוֹבָב *v.* יבב.

יוֹבֵל, יֹבֵל *v.* יבל.

יוֹם *m.* dies (*spec.* de die laeto, solemni, infausto); 2) tempus. — הַיּוֹם hodie; hoc tempore, nunc; interdiu. — בַּיּוֹם hoc ipso die, statim, mox. — בְּיוֹם *sq. inf.* eo die quo, quum, postquam. — כַּיּוֹם nunc, prius, antea. כַּיּוֹם הַזֶּה hoc tempore, nunc; tunc (de temp. praeterito et fut.). — מִיּוֹם ex quo die. — כְּיוֹם בְּיוֹם, יוֹם בְּיוֹם, יוֹם יוֹם quotidie. — *Dual.* יוֹמַיִם biduum. — *Plur.* יָמִים *st. c.* יְמֵי *rar.* יְמוֹת dies; dies complures, מִקֵּץ יָמִים, מִיָּמִים post aliquot dies, aliquanto post; 2) tempus indefinitum; חֹדֶשׁ *s.* יֶרַח יָמִים per integrum mensem, שְׁנָתַיִם י' per duos annos integros. 3) tempus constitutum, *inprim.* tempus vitae, מִיָּמֶיךָ ex quo tempore vivis, כָּל־הַיָּמִים פ' per omne tempus vitae, בָּא בַּיָּמִים aetate provectus; 4) annus, מִיָּמִים יָמִימָה quotannis, לַיָּמִים in annum, quotannis *Jud.* 17, 10., זֶבַח יָמִים sacrificium anniversarium.

יוֹם *m. chald.* dies; tempus.

יוֹמָם *adv.* interdiu.

יָוָן *N. pr.* Ioniae *s.* Graeciae. בְּנֵי הַיְּוָנִים Graeci; 2) urbis *s.* regionis in Arabia.

יָוֵן *rad. inus. fort.* aestuare, fermentescere.

יָוֵן *m.* lutum.

יַיִן *m.* (*st. c.* יֵין, *c. suff.* יֵינִי) vinum; *metonym.* crapula.

יוֹנָה *f.* (*pl.* יוֹנִים) columba. 2) *N. pr.* prophetae. — *Al. v. in* ינה.

יוֹנֵק, יוֹנֶקֶת *v.* ינק.

יוֹסֵף, יְהוֹסֵף (*ab* אָסַף *s.* יָסַף) *N. pr.* filii Jacobi, Ἰωσήφ; gentis ejus; regni decem tribuum et totius populi Isr. 2) al. virorum.

יוֹסִפְיָה (Jova addit) *N. pr. m.*

יוֹעֵאלָה (*cf.* יָעַל) *N. pr. m.*

יוֹרֶה, יוֹרֵי *v.* ירה.

יוּשַׁב חֶסֶד (gratia refertur) *N. pr. m.*

יוֹשִׁבְיָה (Jova sedem fixit) *N. pr. m.*

יוֹשָׁה *N. pr. m.*

יוֹשַׁוְיָה (Jova erigit) *N. pr. m.*

יוֹתֵר, יוֹתֶרֶת *v.* יתר.

יְזִיאֵל (congregatio Dei) *N. pr. m.*

יִזִּיָּה (laetatur de Jova) *N. pr. m.*

יִזְלִיאָה *N. pr. m.*

יָזַן ponderavit; *Py. part.* מְיֻזָּנִים ponderibus instructi, bene vasati.

יְזַנְיָה, יְזַנְיָהוּ *v.* יַאֲזַנְיָה.

יִזְרָח, יִזְרַחְיָה *v.* זרח.

יֶזַע *m.* sudor.

יִזְרְעֵאל *v.* זרע.

יָחַד (*fut.* יֵחַד) unitus, conjunctus fuit, se adjunxit *sq.* אֶת, בְּ. — *Pi.* יִחֵד univit, conjunxit.

יָחִיד *m.* unicus; solitarius; *fem.* יְחִידָה unica; carissima (*poët.* vita).

יַחַד *m.* conjunctio. — *Adv.* conjunctim, simul, unà; concorditer. — יַחְדָּו, יַחְדָּיו conjuncti; simul, unà; concorditer, mutuo, invicem.

יַחְדּוֹ (conjunctus) *N. pr. m.*

יַחְדִּיאֵל (conjunctio Dei) *N. pr. m.*

יֶחְדְּיָהוּ (conjunctio Jovae) *N. pr. m.*

יַחֲזִיאֵל, יַחְזְיָה *v.* חזה.

יְחֶזְקֵאל, יְחִזְקִיָּה, יְחִזְקִיָּהוּ *v.* חזק.

יַחְזֵרָה (reducit) *N. pr. m.*

יְחִיאֵל, יַחֲוָאֵל *v.* חיה, חיי.

יָחִיד *v.* יחד.

יָחַל — *Pi.* יִחֵל spem fecit; *intrans.* speravit, exspectavit, praestolatus est, confisus est *sq.* לְ, אֶל. — *Hiph.* הוֹחִיל exspectavit *sq.* לְ; moratus est *sq.* לִפְנֵי. — *Niph.* נוֹחַל (*fut.* יִיָּחֵל) exspectavit.

יָחִיל *m.* exspectans.

יַחְלְאֵל (Deo confidit) *N. pr.* filii Sebulonis; *patron.* יַחְלְאֵלִי.

תּוֹחֶלֶת *f.* spes, exspectatio.

יָחַם (*fut.* יֵחַם, יֵחָם, *pl.* וַיֶּחֱמוּ, *fem.* וַיֵּחַמְנָה) calidus factus est; incaluit (ira, libidine). — *Pi.* (*inf.* יַחֵם, *praet. f. c. suff.* יֶחֱמַתְנִי) incaluit (libidine), concepit.

חֵמָה *st. c.* חֲמַת *f.* aestus, fervor, furor; venenum.

חֵמָא, חֲמָא *f. chald.* fervor, ira.

יַחְמַי (calidus) *N. pr. m.*

יַחְמוּר *v.* חמר.

יָחֵף *m.* discalceatus (pedibus nudis incedens).

יַחְצְאֵל, יַחְצִיאֵל (Deus impertivit) *N. pr. m.*, *patron.* יַחְצְאֵלִי.

יָחַר *i. q.* אָחַר moratus est 2 Sam. 20, 5. *fut.* וַיּיַחַר. (וַיּוֹחֶר *Kri Hiph. fut. chald.* *v.* אָחַר.)

יַחַשׂ *m.* genus, familia, סֵפֶר הַיַּחַשׂ genealogia, stemma.

הִתְיַחֵשׂ *Hiph. denom.* nomen suum tabulis publ. inscribendum curavit (ἀπογράφεσθαι, censeri); *inf. subst.* genealogia, index stemmatum.

יָטַב i. q. טוֹב (fut. יִיטַב, יֵיטַב, תֵּיטְבִי) bonus fuit; sq. לְ bene fuit alicui; sq. בְּעֵינֵי, לִפְנֵי placuit alicui; addito לֵב hilaris fuit. — *Hiph.* הֵיטִיב (fut. יֵיטִיב, יֵטִיב, יְיֵטִיב) bonum fecit; bene, recte egit (sq. inf. recte: הֵיטַבְתָּ לִרְאוֹת recte vidisti, מֵיטִיב לְנַגֵּן peritus fidibus canendi); benefecit alicui sq. accus., לְ, עִם, profuit; hilarem reddidit; intrans. bonus fuit, sq. אֶל placuit alicui; — inf. הֵיטֵב adv. bene, recte, probe.

יְטַב chald. bonus, gratus fuit; sq. עַל placuit alicui.

מֵיטָב m. bonum, optimum.

יָטְבָה N. pr. loci.

יָטְבָתָה N. pr. stationis Isr. in deserto.

יֻטָּה, יוּטָה (extensa s. inclinata) N. pr. urbis in tribu Juda.

יְטוּר (columna vaporis) N. pr. filii Ismaelis et gentis ab eo ortae, Ituraeorum.

יַיִן v. יָיִן.

יַךְ 1 Sam. 4, 13. pro יַד latus.

יָכַח — *Hiph.* הוֹכִיחַ declaravit; arguit; castigavit, reprehendit, convitiatus est, punivit; judicavit, jus dixit; altercatus est sq. אֶת, אֶל, עִם. — *Hoph.* הוּכַח castigatus est. — *Niph.* נוֹכַח redargutus est; disceptavit c. alqo. — *Hithp.* הִתְוַכַּח disceptavit sq. עִם.

תּוֹכֵחָה f. castigatio, poena.

תּוֹכַחַת f. (c. suff. תּוֹכַחְתִּי, pl. תּוֹכָחוֹת) demonstratio; castigatio, reprehensio, animadversio, poena; disceptatio.

יָכִין v. כּוּן.

יָכֹל (fut. יוּכַל, inf. abs. יָכוֹל, constr. יְכֹלֶת) potuit, valuit, licuit alicui sq. inf. vel verb. fin., tolerare s. sustinere potuit; sq. לְ s. accus. praevaluit, superavit, vicit; sq. dat. rei mente percepit.

יְכִל, יְכֵל chald. (part. יָכִל, יָכִיל; fut. יִכֻּל, תִּכֻּל) potuit, praevaluit, vicit.

יְכָלְיָה, יְכָלְיָהוּ (Deus potens fuit) N. pr. matris Usiae regis.

יְהוּכַל (potens) N. pr. m.

יְכָנְיָה, יְהוֹיָכִין v. s. rad. חוּח.

יָלַד, יָלֵד (fut. יֵלֵד, יֵלַד; inf. abs. יָלֹד, לֵדָה, constr. לֶדֶת, לֵת, c. suff. לִדְתָּהּ) peperit (part. יוֹלֶדֶת pariens, poët. genitrix, mater); genuit, creavit; metaph. peperit, effecit, protulit. — *Niph.* נוֹלַד (fut. יִוָּלֵד) natus, genitus est. — *Pi.* יִלֵּד parturientem adjuvit; part. מְיַלֶּדֶת obstetrix, pl. מְיַלְּדוֹת. — *Py.* יֻלַּד,

יוּלַּד natus est; creatus est. — *Hiph.* הוֹלִיד fecit ut pareret, genuit; fecundavit (terram); creavit, produxit. — *Hoph. inf.* הוּלֶּדֶת, הֻלֶּדֶת nasci; יוֹם הֻלֶּדֶת אֶת־פַּרְעֹה dies, quo natus est Pharao, dies natalis Phar. — *Hithp.* הִתְיַלֵּד tabulis (familiarum) publicis suum nomen inscribendum curavit.

וָלָד *m.* proles.

וֶלֶד *m.* proles.

יֶלֶד *m.* (recens natus) puer; juvenis; pullus.

יָלִיד *m.* natus, filius; יְלִיד בַּיִת verna.

יִלּוֹד *m.* natus.

יַלְדָּה *f.* filia, puella.

יַלְדוּת *f.* juventus: aetas juvenilis; *concr.* pueri et puellae.

מוֹלָדָה (gens) *N. pr.* oppidi in tribu Juda.

מוֹלֶדֶת *f.* generatio (*pl.* מוֹלְדוֹת natales, origines); locus natalis, patria; familia, gens, populares; proles, progenies.

מוֹלִיד (generator) *N. pr. m.*

תּוֹלָד (gens, posteri) *N. pr.* oppidi in tribu Sim. *i. q.* אֶלְתּוֹלַד.

תּוֹלְדוֹת *f. pl.* generationes, origines; posteri; historia. — סֵפֶר תּוֹלְדוֹת genealogia.

יָלוֹן (*cf.* לוּן) *N. pr. m.*

יָלַךְ *v.* הָלַךְ.

יָלַל — *Hiph.* הֵילִיל (*fut.* יְהֵילִיל, יְיֵלִיל, יֵילִיל) ejulavit, ululavit; jubilavit.

יְלֵל *m.* ejulatio, ululatus.

יְלָלָה *st. c.* יִלְלַת *f.* ejulatio, vox ejulantis.

תּוֹלָלִים *m. pl.* facientes ut ululetur, cruciantes.

יָלַע temere elocutus est.

יָלַף *rad. inus. arab.* adhaesit.

יַלֶּפֶת *f.* impetigo, scabies.

יֶלֶק *m.* genus locustarum.

יַלְקוּט *v.* לקט.

יָם *st. c.* יַם־, יָם *m.* mare; lacus, stagnum; *poët.* flumen (de Nilo et Euphrate); *pl.* יַמִּים maria, *poët.* mare. — הַיָּם הַגָּדוֹל *vel* הָאַחֲרוֹן mare mediterraneum *s.* occidentale; *hinc* יָם plaga occidentalis, רוּחַ יָם ventus occidentalis, יָמָּה ad mare, occidentem versus, מִיָּם ab occidente, ad occid., מִיָּם לְ ab occidente alcjs loci; פְּאַת־יָם plaga *s.* pars occidentalis. — יָם הַנְּחֹשֶׁת vas *s.* lavacrum in templo Hierosolymit.

יְמוּאֵל *N. pr.* filii Simeonis.

ימות, יָמִים *v.* יוֹם.

יֵמִים *m. pl.* thermae, *Vulg.* aquae calidae.

יְמִימָה (*arab.* columba) *N. pr.* filiae Jobi.

יָמִין, יְמִינִי *v.* ימן.

יִמְלָה, יִמְלָא (repletus) *N. pr.* patris Michae proph.

יַמְלֵךְ (regnare jubet *sc.* Deus) *N. pr.* principis Simeonitarum.

יָמַן *Kal inus.* dexter fuit. — *Hiph.* הֵימִין ad dextram se convertit; dextrâ usus est.

יָמִין *m.* dextrum latus, dexter; יַד יְמִינוֹ manus ejus dextra, 2) dextra manus (*gen. fem.*; *masc. Prov.* 27, 16.); מִיָּמִין, עַל יָמִין a dextra (est); מִימִין *sq. genit. s.* לְ *c. suff.*, יְמִין *sq. genit.* a dextra; אֶל הַיָּמִין, לַיָּמִין, יָמִין; ad dextram, dextram versus. 2) auster, plaga australis, מִימִין־ a parte australi alcjs loci. 4) (felix) *N. pr.* virorum; *patron.* יְמִינִי; *cf.* בִּנְיָמִין *s. rad.* בָּנָה.

יִמְנָה (felicitas) *N. pr.* filii Ascheri.

יְמָנִי *m.* יְמָנִית *f.* dexter, a, um.

יְמִינִי (*Cthib*) *id.* — *Aliud v. in* בִּנְיָמִין *s. rad.* בָּנָה.

תֵּימָן *m.* (latus dextrum) plaga australis, ventus australis, תֵּימָנָה austrum versus. 2) *N. pr.* urbis et regionis Edomitarum; *nom. gent.* תֵּימָנִי.

יִמְנָע (retinet) *N. pr. m.*

יָמַר *i. q.* מוּר — *Hiph.* הֵימִיר mutavit, commutavit. — *Hithp.* הִתְיַמֵּר se cum alio mutavit *i. e.* in locum alcjs successit.

יִמְרָה (*cf.* מָרָה) *N. pr. m.*

יָמַשׁ *i. q.* מָשַׁשׁ — *Hiph. imp.* הֲימִשֵׁנִי fac me palpare.

יָנָה violenter egit, oppressit (*part. f.* יוֹנָה violenta); delevit, perdidit. — *Hiph.* הוֹנָה (*fut.* יוֹנֶה) oppressit, vexavit; decepit (in emendo et vendendo); *sq.* מִן loco pepulit.

יָנוֹחַ (*cf.* נוּחַ) *N. pr.* oppidi in confiniis Ephr. et Manass.

יָנוּם (*cf.* נוּם) *N. pr.* loci in tribu Juda.

יָנַח *cf.* נוּחַ. — *Hiph.* הִנִּיחַ (*fut.* יַנִּיחַ, וַיַּנַּח) sedavit; collocavit, deposuit, projecit, conjecit; reliquit, reliquum fecit, remanere jussit s. passus est, deseruit; missum fecit, misit, sivit; permisit, commisit *sq.* לְ. — *Hoph.* הֻנִּיחַ collocatus est; *part.* reliquum.

יָנַק (*fut.* יִינַק) suxit, *trop.*

fruitus est; *part.* יוֹנֵק lactens (infans).—*Hiph.* הֵינִיק sugendum praebuit, lactavit; *trop.* fructum alcjs rei praebuit. — *Part. f.* מֵינֶקֶת, מֵנֶקֶת lactans, nutrix, *c. suff.* מֵינִקְתּוֹ, מֵנִקְתָּהּ, *pl.* מֵינִיקוֹת.

יוֹנֵק *m.* (lactens, pullus) surculus arboris.

יוֹנֶקֶת *f. id.*

יְנִיקָה *f. id., pl.* יְנִיקוֹת.

יַנְשׁוּף, יַנְשׁוֹף *v.* נשף.

יָסַד fundavit; constituit; adsignavit alicui alqd. — *Niph.* נוֹסַד fundatus, conditus est; inter se constituere, consultare. — *Pi.* יִסַּד fundavit, condidit, exstruxit; *trop.* paravit (gloriam); decrevit, constituit.— *Py.* יֻסַּד fundatus est. — *Hoph. inf.* הוּסַד fundari (fundatio), *part.* מוּסָּד fundatum.

יְסוֹד *m.* fundamentum, basis; *pl.* יְסוֹדִים, יְסֹדוֹת.

סוֹד *m.* (lectulus) consessus hominum consultantium, concilium; consortium familiare; arcanum, res secreta.

סוֹדִי (familiaris) *N. pr. m.*

יְסֻד *m.* fundatio, *trop.* initium.

יְסוּדָה *f.* fundatio.

מוּסָד *m.* fundatio; fundamentum.

מוּסָדָה *f.* fundamentum; constitutio, decretum.

מוֹסָד *m.* fundatio; fundamentum; *pl.* מוֹסָדִים *et* מוֹסְדוֹת.

מַסָּד *m.* fundamentum.

יָסַךְ fudit, effudit, *cf.* נָסַךְ.

יִסְכָּה (adspiciens) *N. pr.* sororis Loti.

יִסְמַכְיָהוּ (Jova sustentat) *N. pr. m.*

יָסַף (*part.* יוֹסֵף, *pl.* יוֹסְפִים) *et Hiph.* הוֹסִיף (*fut.* יוֹסִיף, יוֹסֵף, וַיֹּסֶף, יֹאסִיף, וַיֹּאסֶף; *part.* מוֹסִיף) addidit *sq.* עַל, אֶל; auxit *sq.* לְ, אֶל, *accus.*; superavit; *sq. inf. vel verbo fin.* perrexit, continuavit, iteravit: *adv.* porro; rursus; magis. — *Niph.* נוֹסַף additus est; auctus est; se adjunxit; *part. f. pl.* נוֹסָפוֹת accessiones (calamitatum).

יְסַף *chald. Hoph.* הוּסַף additus est.

יָסַר (*fut. c. suff.* אֶסֳּרֵם, *part.* יֹסֵר) *et Pi.* יִסַּר (*fut.* יְיַסֵּר, *inf.* יַסֵּר, יַסְּרָה) castigavit: adhortatus est, dehortatus est *sq.* מִן; erudivit; punivit. — *Niph.* נוֹסַר admonitus est, admonitionem admisit.—*Hiph. fut.* אַיְסִירֵם castigabo eos. — *Nithpa. pl.*. נִוַּסְּרוּ *pro* נִתְוַסְּרוּ se castigari passi sunt.

יִסּוֹר *m.* castigator.

מוּסָר *m.* castigatio, admonitio, animadversio, poena; intelligentia, doctrina.

מֹסָר *m.* castigatio, admonitio.

יע *v.* יָעַח.

יַעְבֵּץ *N. pr.* viri; 2) oppidi in tribu Juda.

יָעַד (*fut.* יִיעַד) destinavit, constituit (tempus, locum, poenam, puellam ad nuptias). — *Niph.* נוֹעַד constituit alter alteri tempus s. locum conveniendi, convenit alqm *sq.* לְ, אֶל, עַל.— *Hiph.* הוֹעִיד alqm convenire jussit, in judicium arcessivit.—*Hoph.* הוּעַד constitutus, collocatus est.

עֵדָה *st. c.* עֲדַת *f.* conventus, coetus (hominum, animalium), concio (populi); familia; agmen, turba, factio.

מוֹעֵד *m.* (*pl.* מוֹעֲדִים, מוֹעֲדֵי) locus constitutus; tempus constitutum (dies festus, annus); conventus, concio (אֹהֶל מוֹעֵד tentorium sacrum); signum constitutum (*Signal*). — *Al. v. s.* מעד.

מוֹעָד *m.* coetus, agmen.

מוֹעָדָה *f.*, *pl.* מוֹעֲדוֹת stata tempora, festa.

מוּעָדָה *f.* constitutio (publica): עָרֵי הַמּוּעָדָה asyla.

יָעָה removit, abstulit, abripuit.

יָע *m.*, *pl.* יָעִים palae.

יְעִיאֵל, יְעוּאֵל (servatus a Deo) *N. pr.* virorum.

יְעוּץ (*cf.* עוּץ) *N. pr. m.*

יְעוּרִים *i. q.* יְעָרִים.

יְעוּשׁ (*cf.* עוּשׁ) *N. pr.* filii Esavi et al. virorum.

יָעַז — *Niph. part.* נוֹעָז impudens.

יַעֲזִיאֵל (Deus consolatur) *N. pr. m.*

יַעֲזִיָּה (Jova consolatur) *N. pr. m.*

יַעְזֵר, יַעֲזִיר (opem ferat *sc.* Deus) *N. pr.* oppidi trans Jord. in tribu Gad.

יָעַט amicire.

יְעַט *chald. i. q. hebr.* יָעַץ consuluit. — *Ithp.* inter se consultare.

יָעֲטִין *m. pl.* consiliarii.

עֵטָא *f.* consilium, intelligentia.

יְעוּר, יָעִיר (*cf.* עוּר) *N. pr. m.*

יַעְכָּן (*v.* עָכָן) *N. pr. m.*

יָעַל — *Hiph.* הוֹעִיל juvit, profuit *sq.* לְ; profecit.

יָעֵל *m.* ibex, rupicapra; *pl.* יְעֵלִים, יַעֲלֵי. 2) *N. pr.* judicis s. principis Isr.; *fem.* mulieris Heberi. — צוּרֵי הַיְּעֵלִים *nom.* rupis in deserto Engeddi.

יַעֲלָה *f.* ibex fem. 2) *N. pr. m.*

יַעְלָם (*cf.* עֶלֶם) *N. pr.* filii Esavi.

יַעֲנִי ,יַעַן *v.* ענה.

יָעַן *rad. inus. syr.* avidus, vorax fuit.

יָעֵן, *pl.* יְעֵנִים struthiones fem.

יַעֲנָה *f.* בַּת הַיַּעֲנָה (*pl.* בְּנוֹת יַעֲנָה) struthio fem.

יָעַף (*fut.* יִיעַף) celeriter cucurrit, defatigatus est (currendo, labore).—*Hoph. part.* מֻעָף celeriter abreptus, procurrens.

יָעֵף *m.* defessus.

יְעָף *m.* cursus celer.

תּוֹעָפוֹת *f. pl.* cursus celer; defatigatio, *metonym.* defatigatione partum, thesauri.

יָעַץ (*fut.* יִיעַץ) consuluit: consilium inivit, decrevit *sq.* עַל, אֶל in alqm; consuluit alicui; consilium dedit, suasit (*part.* יוֹעֵץ consiliarius, suasor); admonuit, praedixit (futura). — *Niph.* נוֹעַץ in consilium adhibuit: consilium secutus est; deliberationem mutuam habuit, consultavit cum alqo *sq.* עִם, אֶל, אֵת. — *Hithpa.* יִתְיָעֲצוּ mutuo consultarunt.

עֵצָה *st. c.* עֲצַת *f.* consilium (quod quis dat s. capit), decretum; prudentia; בְּעֵצָה consulto, prudenter. — *Al. v. s.* עצה.

מוֹעֵצָה *f., pl.* מוֹעֵצוֹת consilia.

יַעֲקֹבָה ,יַעֲקֹב *v.* עקב.

יַעֲקָן *i. q.* עֲקָן.

יַעַר *m.* favus mellis (*st. c. fem.* יַעֲרַת); — 2) locus vepribus impeditus, silva; *trop.* silva hostium, populus validus; יַעְרָה in silvam, *pl.* יְעָרִים, יְעָרוֹת. — *Nomm. pr.* יַעַר אֶפְרַיִם saltus Ephraimiticus; קִרְיַת יְעָרִים urbs in tribu Juda, יַעַר חָרֶת silva Chareth in tr. Juda.

יְעוֹרִים *m. pl. i. q.* יְעָרִים.

יַעְרָה *i. q.* יְהוֹעַדָּה *N. pr. m.*

יַעְרֵי אֹרְגִים (silvae textorum) *fort. pro* יָעִיר *N. pr. m.*

יַעֲרֶשְׁיָה (Jova alit) *N. pr. m.*

יַעֲשַׂי (faciens) *N. pr. m.*

יַעֲשִׂיאֵל (Deus creavit) *N. pr. m.*

יִפְדְיָה (Jova liberavit) *N. pr. m.*

יָפָה (*fut.* יִיפֶה, וַיִּיף) pulcher fuit. — *Pi.* pulchrum reddidit, ornavit. — *Pyl.* יְפֵיפָה perpulcher fuit. — *Hithpa.* se ornavit.

יָפֶה *st. c.* יְפֵה *m.*, יָפָה *st. c.* יְפַת *f.* pulcher, pulchra.

יָפוֹ, יָפוֹא (pulchritudo) *N.*

pr. celeberrimi portus ad mare mediterr., Ἰόππη.

יֳפִי *m.* pulchritudo.

יְפִי *m.* (*in pausa* יֹפִי, *c. suff.* יָפְיוֹ) pulchritudo.

יְפֵה־פִיָּה *f.* perpulchra.

יָפַח *i. q.* פּוּחַ — *Hithpa.* suspiravit; anhelavit.

יָפֵחַ *m.* efflans, anhelans, inhians.

יַפְלֵט (liberat *sc.* Deus) *N. pr. m.*, *patron.* יַפְלֵטִי.

יְפֻנֶּה (munita via est) *N. pr.* patris Calebi; 2) al. viri.

יָפַע — *Hiph.* הוֹפִיעַ splendere jussit; *intrans.* splenduit, luxit; in luce positus est.

יִפְעָה *f.* splendor, jubar.

יָפִיעַ (splendens) *N. pr.* oppidi in tribu Sebulon. 2) virorum.

יָפַת *rad. inus. fort.* demonstravit, ostendit.

מוֹפֵת *m.* ostentum, portentum, miraculum, signum rei futurae (τύπος).

יֶפֶת (*pro* יַפְתְּ *v.* פָּתָה) *N. pr.* filii Noae, *LXX.* Ἰάφεθ.

יִפְתָּח (*cf.* פָּתַח) *N. pr.* oppidi in tribu Juda; 2) judicis Isr., Ἰεφθά.

יִפְתַּח־אֵל (Deus aperit) *N. pr.* vallis in tr. Sebul. et Ascher.

יָצָא (*fut.* יֵצֵא; *inf. abs.* יָצֹא, *constr.* צֵאת; *imp.* צֵא, *c.* ה *parag.* צְאָה; *part. m.* יוֹצֵא, *fem.* יֹצֵאת, יוֹצֵאת ,יֹצְאָה) **exiit**, **egressus est** *sq.* מִן, *accus.*; *sq.* בְּ per (alqm locum); prodiit (in publicum, in aciem); ortus, exortus est (sol, stella, flumen); proveuit, emersit (flos, germen); evasit, abiit (liber, immunis), manumissus est (servus), redditus est (fundus anno jubil.); exiit, emanavit (in vulgus rumor, edictum); exiit (sors alicui *sq.* לְ); excurrit, tetendit (terminus); defecit, exitum habuit; expensa est (pecunia). — *Hiph.* הוֹצִיא eduxit, extulit, extraxit, expromsit; produxit (fecit, creavit); exegit (pecuniam); *sq.* דִּבָּה rumorem dissipavit. — *Hoph.* הוּצָא eductus, elatus est.

יְצָא *chald.* *Schaph.* שֵׁיצִיא finitum est.

יְצִיא *m.* egressus.

מוֹצָא *m.* egressus; ortus (solis); locus ex quo exitur, exitus (porta, fons, oriens); id quod exit (ex ore): sermo, effatum. 2) *N. pr.* virorum.

מוֹצָאָה *f.* exitus, origo; *pl.* latrinae.

תּוֹצָאוֹת *f. pl.* exitus, porta; fons; finis, terminus; *trop.* liberatio.

צֶאֱצָאִים *m. pl.* propagines, germina terrae; *trop.* liberi.

יָצַב *i. q.* נָצַב — *Hithp.* הִתְיַצֵּב se stitit, praesto fuit alicui *sq.* עַל, לִפְנֵי; exstitit contra alqm *sq.* עַל; adstitit ad alqd *sq.* עַל; constitit coram alqo, restitit alicui *sq.* לִפְנֵי, בִּפְנֵי, עִם; adfuit alicui *sq.* לְ.

יְצַב *chald.* firmus fuit. — *Pa.* verum dixit.

יַצִּיב *m. chald.* firmum, certum, verum. מִן יַצִּיב *adv.* certo.

יָצַג, הִצִּיג, יֻצַּג *v.* נצג.

יִצְהָר *v.* צהר.

יִצְחָק *v.* צחק.

יָצַע stravit, substravit, *part.* יָצוּעַ lectus; substructum, tabulatum. — *Hiph.* הִצִּיעַ substravit. — *Hoph.* הֻצַּע substratus est.

יָצִיעַ *i. q.* יָצוּעַ.

מַצָּע *m.* cubile, lectus.

יָצַק (*fut.* יִצֹק, וַיִּצֶק, *inf. constr.* צֶקֶת, *imp.* יְצֹק, צַק) fudit, effudit; infudit *sq.* בְּ, עַל; fudit (ex aere vasa; *part.* יָצוּק fusus; durus); *intrans.* se effudit, effusus est. — *Hiph.* הִצִּיק deposuit, collocavit. — *Hoph.* הוּצַק effusus est; fusus est (ex aere); *part.* מֻצָּק *trop.* firmus, fortis.

יְצֻקָה *f.* fusio, fusura.

מוּצָק *st. c.* מֻצַּק *m.* fusio; fusum (ex aere). — *Al. v. s.* צוק.

מוּצָקָה *f.*, *pl.* מוּצָקוֹת infundibula.

מוּצֶקֶת *f.* fusura, *c. suff.* מֻצַקְתּוֹ.

יָצַר (*fut.* יִצֹּר, וַיִּצֶר, וַיִּיצֶר) formavit, finxit, creavit; animo finxit, meditatus est. *Part.* יוֹצֵר fingens, figulus (כְּלֵי יוֹצֵר vasa fictilia); artifex; creator. — *Niph.* נוֹצַר *et Hoph.* הוּצַר formatus est. — *Py.* יֻצַּר formatus, constitutus est. — II) *i. q.* צוּר *intrans.* coarctatus est; *impers.* וַיֵּצֶר לוֹ angustum ei fuit: in angustiis versatus est; animi angore pressus est; moeruit.

יֵצֶר *m.* (*c. suff.* יִצְרֵנוּ) formatio; opus fictile; cogitatio, meditatio. 2) *N. pr.* filii Naphthali, *patron.* יִצְרִי.

יְצֻרִים *m. pl.* formata *i. e.* membra.

יָצַת (*fut.* יִצַּת, יִצָּתוּ) incendit *sq.* בְּ; *intrans.* incensus est. — *Niph.* נִצַּת incensus est; se accendit, exarsit (ira in alqm *sq.* בְּ). — *Hiph.* הִצִּית, הוֹצִית accendit, incendit.

יָקַב *rad. inus. fort.* fodit, effodit.

יֶקֶב *m.* (*c. suff.* יִקְבֶךָ) lacus torcularis; torcular.

יְקַבְצְאֵל *i. q.* קַבְצְאֵל.

יָקַד (*fut.* יִיקַד, יֵקַד) arsit, exarsit. — *Hoph.* הוּקַד accensus, incensus est.

יְקַד *chald.* arsit.

יְקוֹד *m.* ardor, ignis.

יְקֵדָה *f. chald. id.*

מוֹקֵד *m.* focus; *metonym.* materia quae incenditur.

מוֹקְדָה *f.* locus ubi holocaustum accenditur, rogus.

יָקְדְעָם *N. pr.* urbis in tribu Juda.

יָקֶה (pius) *N. pr. m.*

יָקַהּ *rad. inus. arab.* obedivit.

יְקָהָה *vel* יִקְּהָה *st. c.* יִקְּהַת *f.* obedientia.

יְקוּם *v.* קוּם.

יָקוּשׁ, יָקוֹשׁ *v.* יקשׁ.

יְקוּתִיאֵל *N. pr. m.*

יָקְטָן (deminuetur *cf.* קָטֹן) *N. pr.* filii Eberi, a quo gens Joctanitarum in Arabia fel. originem duxit.

יָקִים (erigit *sc.* Deus) *N. pr.* virorum.

יְקַמְיָה (Jova congregat) *N. pr.* virorum.

יָקְמְעָם (populum congregat) *N. pr. m.*

יָקְמְעָם (a populo congregata) *N. pr.* urbis Levit. in tribu Ephr., *alibi* קִבְצַיִם.

יָקְנְעָם (a populo comparata) *N. pr.* urbis in tribu Sebulon.

יָקַע (*fut.* יֵקַע; *praet.* נָקַע *qd. cf.*) divulsus est, se avulsit, luxatus est (artus) *trop.* se abalienavit. — *Hiph.* הוֹקִיעַ palo adfixit, suspendit (ἀνασκολοπίζειν). — *Hoph. part.* מוּקָעִים suspensi.

יָקַץ (*fut.* יִיקַץ, יִקַץ, וַיִּיקַץ) evigilavit, ex somno expergefactus est; *cf.* קִיץ.

יָקַר (*fut.* יִיקַר, יֵקַר, וַיִּיקַר) gravis, ponderosus fuit; intellectu difficilis fuit; carus, pretiosus fuit, magni aestimatus fuit *sq.* בְּעֵינֵי, לְ; honoratus fuit. — *Hiph.* הוֹקִיר rarum fecit.

יָקָר *m.* יְקָרָה *f.* pretiosus; carus; splendidus, magnificus; honoratus; rarus; quietus, tranquillus.

יְקָר *m.* pretium, res pretiosa; splendor, magnificentia; honor, dignitas.

יְקָר *m. chald.* res pretiosa; honor, majestas.

יַקִּיר *m.* pretiosus, carus.

יַקִּיר *m. chald.* gravis; honoratus.

יָקֹשׁ, יָקשׁ (*cf.* נָקַשׁ, קוֹשׁ) tendiculam posuit; *trop.* insidias struxit; *part.* יוֹקֵשׁ auceps. — *Niph.* נוֹקַשׁ illaqueatus; irretitus est; *trop.* corruptus est, ad nequitiam inductus est.

יָקוּשׁ, יָקוֹשׁ *m.* auceps.

יוּקָשׁ *m.* irretitus, *pl.* יוּקָשִׁים (*Al. pro* מְיֻקָּשִׁים *Py. part.*).

יָקְשָׁן (*fort.* auceps) *N. pr.* filii Abrahami.

מוֹקֵשׁ *m.* (*pl.* מוֹקְשִׁים, מוֹקְשׁוֹת) tendicula, laqueus; *metaph.* insidiae; causa peccati, perniciei.

יָקְתְאֵל *N. pr.* oppidi in tribu Juda; 2) urbis in Arabia petraea (Sela).

יָרֵא (*fut.* יִירָא, יִרָא; *imp.* יְרָא; *inf. constr.* יְרֹא, *c. praef.* לִרְאֹ, *c.* ה *parag.* יִרְאָה) timuit alqd *sq. accus.*, ab alqo *sq.* מִן, alicui *sq.* לְ, timuit *s.* dubitavit *sq. inf. c.* לְ *s.* מִן; reveritus, veneratus est, coluit *sq. accus.* — *Niph. fut.* תִּוָּרֵא timearis; *part.* נוֹרָא timendus, terribilis; venerandus, venerabilis; admirandus; *pl.* נוֹרָאוֹת facinora admiranda; *adv.* mirabiliter. — *Pi.* יֵרֵא terruit.

יָרֵא *st. c.* יְרֵא *m.*, יְרֵאָה *st. c.* יִרְאַת *f.* metuens, timens; venerans, reveritus (*sq. accus.*, מִפְּנֵי, *infin.*); timidus.

יִרְאָה *st. c.* יִרְאַת *f.* timor, terror; reverentia (erga Deum), pietas.

יִרְאוֹן (reverens) *N. pr.* urbis in tribu Naphth.

מוֹרָא *m.* timor; alqd timendum *s.* reverendum (Deus) *s.* admiratione dignum (factum).

מוֹרָה *i. q.* מוֹרָא. — *Al. v. s.* מָרָה.

יְרְאִיָּה (Deus adspicit) *N. pr. m.*

יְרֻבַּעַל, יְרֻבֶּשֶׁת, יָרֵב *v.* רִיב.

יָרָבְעָם (cuj. populus multus) *N. pr.* duor. regum Isr., Jarobeam.

יָרַד (*fut.* יֵרֵד, וַיֵּרֶד, וַיֵּרַד; *imp.* רֵד, רְדָה, יְרַד; *inf. abs.* יָרֹד, *constr.* רֶדֶת) descendit, κατέβη (de homin. et rebus), decurrit, declinavit, inclinavit; cecidit, concidit, corruit; *trop.* in deteriorem statum redactus est. — *Hiph.* הוֹרִיד deduxit, demisit, detulit, deposuit, dejecit; *trop.* de statu suo detrusit alqd, subjecit *sq.* תַּחַת. — *Hoph.* הוּרַד deductus, demissus, dejectus est.

יֶרֶד (descendere) *N. pr.* virorum, Ἰαρέδ.

יַרְדֵּן (defluens) *N. pr.* fluvii in Palaestina, Jordanes.

מוֹרָד *m.* locus declivis. — מַעֲשֵׂה מוֹרָד opus *s.* ornamentum architect. deorsum pendens.

יָרָה (*fut.* יִירֶה; *inf.* יְרֹה, *constr.* יְרוֹת, יְרוֹא; *imp.* יְרֵה) jecit, projecit; jaculatus

est (*part.* יֹרִים jaculatores); posuit, collocavit; conspersit, irrigavit, *cf.* יוֹרֶה. — *Niph. fut.* יִיָּרֶה jaculis confodietur. — *Hiph.* הוֹרָה (*fut.* יוֹרֶה, וַיּוֹר) jecit, projecit; jaculatus est (מוֹרִים jaculatores); conspersit *cf.* מוֹרֶה; tetendit manum, monstravit; docuit, instituit alqm (*sq. accus.*, לְ) alqa re (*sq. accus.*, בְּ, אֶל, מִן).

יוֹרֶה *m.* (*part. Kal*) pluvia prima *s.* autumnalis. 2) *N. pr. m. i. q.* חָרִיף.

יוֹרַי *N. pr. m.*

מוֹרֶה *m.* (*part. Hiph.*) jaculator; pluvia prima *s.* autumnalis; doctor. 2) *N. pr.* אֵלוֹן מוֹרֶה *s.* אֵלוֹנֵי quercus More haud procul a Sichem; גִּבְעַת־הַמּוֹרֶה collis in valle Jesreel.

תּוֹרָה *f.* institutio; praeceptum; lex divina; mos, consuetudo.

יָרָה prae metu attonitus fuit, *fut.* תִּרְהוּ.

יְרוּאֵל (habitatio Dei) *N. pr.* deserti.

יָרוֹחַ (*i. q.* יָרֵחַ) *N. pr. m.*

יְרוּשָׁא, יְרוּשָׁה (quae possidetur) *N. pr.* matris Jothami regis.

יְרוּשָׁלֵם pro יְרוּשָׁלַם, יְרוּשָׁלַיִם (possessio *s.* habitatio pacis) *N. pr.* urbis primariae Palaestinae, Ἱερουσαλήμ, Ἱεροσόλυμα.

יְרוּשְׁלֶם, יְרוּשְׁלֵם *chald. id.*

יָרֵחַ *m.* luna,

יֶרַח *m.* (*pl.* יְרָחִים, יַרְחֵי) mensis. 2) *N. pr.* populi et regionis in Arabia, Jerachaei *Gen.* 10, 26.

יְרַח *m. chald.* mensis.

יְרִחוֹ, יְרִיחוֹ, יְרִיחֹה (*ab* יָרֵחַ *vel* רֵיחַ) *N. pr.* urbis celeberr. in Palaestina.

יְרֹחָם (amatus) *N. pr.* virorum.

יְרַחְמְאֵל (dilectus a Deo) *N. pr.* virorum, *patron.* ־ִי.

יַרְחָע *N. pr.* servae aegypt.

יָרַט praecipitavit; *intrans.* perniciosus fuit.

מוֹרָט *m.* pernicies.

יְרִיאֵל (populus Dei) *N. pr. m.*

יָרִיב, יְרִיבַי *v.* רִיב.

יְרִיָּהוּ, יְרִיָּה (populus Jovae) *N. pr. m.*

יְרִחוֹ *v.* יְרִיחוֹ, יְרִיחֹה.

יְרִיעָה, יְרִיעוֹת *v.* ירע.

יָרֵךְ *m.* (*st. c.* יֶרֶךְ, *c. suff.* יְרֵכוֹ) femur; *metonym.* partes genitales (יֹצְאֵי יֶרֶךְ liberi); latus; scapus candelabri. — *Dual* יְרֵכַיִם femur utrumque.

יַרְכָה *f.* latus (inanimorum). — *Dual.* יַרְכָתַיִם, *st. c.* יַרְכְּתֵי extremae *s.* remotissimae partes (tabernaculi, templi,

terrae); interiores partes, penetralia, recessus.

יַרְכָּה *f. chald.* femur.

יַרְמוּת (altitudo) *N. pr.* oppidi in tribu Juda. 2) in tr. Issachar.

יְרִימוֹת, יְרֵמוֹת (loca excelsa) *N. pr.* virorum.

יְרֵמַי (in clivo habitans) *N. pr. m.*

יִרְמְיָהוּ, יִרְמְיָה (Jova projicit *sc.* hostes *cf.* רמה) *N. pr.* prophetae nobiliss.; al. virorum.

יָרַע *i. q.* רוּעַ malus fuit: *fut.* יֵרַע *sq.* לִי male mecum agitur, male mihi succedit; *sq.* בְּעֵינֵי malum alicui videtur, displicet; 2) noxius fuit; invidus fuit (oculus); tristis fuit (vultus, animus). — II) pavidus fuit, contremuit (animus). — *arab.* cohibuit, retinuit.

יְרִיעָה *f.* velum, aulaeum.

יְרִיעוֹת (aulaea) *N. pr. f.*

יִרְפְּאֵל (Jova sanat) *N. pr.* loci in tribu Benj.

יָרַק *i. q.* רָקַק spuit, inspuit. — II) *arab.* viruit *cf. derivv.*

יָרוֹק *m.* viride, herba viridis.

יָרָק *m.* viride, olus.

יֶרֶק *m.* viride, viriditas (herba, frons).

יֵרָקוֹן *m.* pallor faciei, *LXX.* ὤχρα; rubigo segetis flavescentis.

יְרַקְרַק *m.* subviridis, subflavus, *pl. f.* יְרַקְרַקּוֹת; 2) *subst.* color flavus (segetis).

יָרַשׁ, יָרֵשׁ (*fut.* יִירַשׁ, יִרַשׁ; *inf. constr.* רֶשֶׁת; *imp.* יְרַשׁ, רַשׁ, רֵשׁ) haeres factus est, haereditate accepit (יוֹרֵשׁ haeres); occupavit, cepit; expulit e possessione et sibi acquisivit; possedit. — *Niph.* possessione privatus, ad inopiam redactus est. — *Pi.* יֵרֵשׁ occupavit; ad inopiam redegit. — *Hiph.* הוֹרִישׁ haereditatem tradidit, alqd possidendum tradidit *sq. accus. dupl.*; occupavit; possessione privavit, expulit, pauperem reddidit; perdidit.

יְרֵשָׁה *f.* possessio.

יְרֻשָּׁה *f.* possessio.

רֶשֶׁת *f.* (*inf.* capere; *c. suff.* רִשְׁתּוֹ) rete; opus reticulatum.

מוֹרָשׁ *m.* possessio.

מוֹרָשָׁה *f. id.*

מוֹרֶשֶׁת גַּת *N. pr.* oppidi in vicinia urbis Gath, *nom. gent.* מוֹרַשְׁתִּי.

תִּירֹשׁ, תִּירוֹשׁ *m.* mustum.

יִשְׂחָק *i. q.* יִצְחָק *v.* צחק.

יְשִׂימְאֵל (Deus collocat) *N. pr. m.*

יָשַׂם *i. q.* שׂוּם *intrans.* positus est, *fut.* וַיִּישֶׂם, וָאִישְׂמָה.

יִשְׂרָאֵל (pugnator Dei *cf.* שָׂרָה) *N. pr.* Jacobi; populi israel.; regni israel. (passim etiam regni jud.); *nom. gent. m.* יִשְׂרְאֵלִי, *fem.* יִשְׂרְאֵלִית.

יִשָּׂשכָר (merces est *s.* mercedis loco datus est) *N. pr.* filii Jacobi (Issaschar) et tribus ab eo ortae.

יֵשׁ, יֶשׁ־ (τὸ εἶναι) fuit, est; fuerunt, sunt; *c. suff.* יֶשְׁךָ es, יֶשְׁנוֹ est, יֶשְׁכֶם estis, יֶשׁ לִי est *s.* sunt mihi, habeo; יֵשׁ אֲשֶׁר est *s.* sunt qui, quidam; יֵשׁ וָיֵשׁ est sane, revera.

יָשַׁב (*fut.* יֵשֵׁב; *inf.* יָשֹׁב, *constr.* שֶׁבֶת, *c. suff.* שִׁבְתִּי; *imp.* שֵׁב, שְׁבָה) s e d i t, consedit *sq* בְּ, עַל, *accus.*; locum tenuit, collocatus est; insidiatus est; consuetudinem habuit cum alqo *sq.* עִם; m a n s i t, remansit; habitavit *sq.* בְּ, עַל, *accus.*; *intrans.* habitatus est. —*Niph.* נוֹשַׁב habitatus est. — *Pi.* יִשֵּׁב collocavit, posuit. — *Hiph.* הוֹשִׁיב sedentem reddidit, collocavit; fecit ut habitaret *s.* habitaretur; secum habitare jussit (mulierem in matrimonium duxit). — *Hoph.* הוּשַׁב habitator factus est; habitatus est.

שִׁיבָה *f.* habitatio. *Al. v. s.* שׁוּב.

יֹשֵׁב בַּשֶּׁבֶת *N. pr.* ducis militum Dav.

יֶשֶׁבְאָב (habitatio patris) *N. pr. m.*

יִשְׁבּוֹ בְּנֹב (habitatio ejus in urbe Nob) *N. pr. m.*

יָשְׁבְקָשָׁה (*cf.* קָשָׁה) *N. pr. m.*

מוֹשָׁב *m.* (*pl. f.* מוֹשָׁבוֹת; *st. c.* מוֹשְׁבֵי) sedes, sella; consessus hominum; habitatio, domus, *metonym.* incolae; situs (urbis).

תּוֹשָׁב *m.* inquilinus.

יִשְׁבַּח (laudans) *N. pr. m.*

יָשֻׁבִי לֶחֶם *N. pr. m.*

יָשָׁבְעָם (populus revertitur) *N. pr. m.*

יִשְׁבָּק (relinquit) *N. pr.* filii Abrahami.

יָשׁוּב (revertitur) *N. pr. m.*, *patron.* יָשֻׁבִי.

יִשְׁוִי, יִשְׁוָה (aequus, planus) *N. pr.* virorum.

יְשׁוֹחָיָה (depressus a Jova) *N. pr. m.*

יֵשׁוּעַ, יְשׁוּעָה *v.* ישׁע.

יֶשַׁח *m.* depressio. (*Al.* stomachus vacuus et prae fame avidus.)

ישׁט — *Hiph.* הוֹשִׁיט extendit.

יִשַׁי *N. pr.* patris Davidis, LXX. Ἰεσσαί.

יְשֶׁבְאָב, יְשֶׁבְאָהוּ (Jova mutuum dat) *N. pr.* virorum.

יָשַׁם desolatus, vastatus est, *fut.* תִּישַׁם, תֶּאְשַׁמְנָה.

יְשִׁימוֹן *m.* desertum; solitudo.

יְשִׁימוֹת *f. pl.* desolationes; בֵּית־הַיְשִׁימוֹת *N. pr.* loci haud procul a mari mortuo.

יִשְׁמָא (desertum) *N. pr. m.*

יִשְׁמָעֵאל (Deus audit) *N. pr.* filii Abrahami et Hagarae; יִשְׁמְעֵאלִים Ismaelitae; 2) al. virorum.

יִשְׁמַעְיָה, יִשְׁמַעְיָהוּ (Jova audit) *N. pr.* virorum.

יִשְׁמְרַי (custos) *N. pr. m.*

יָשֵׁן — *Niph.* נוֹשַׁן inveteravit (morbus); diu habitavit. — II) יָשֵׁן (*fut.* יִישַׁן) dormivit; (*trop.* de morte, segnitie). — *Pi.* יִשֵּׁן dormire sivit.

יָשָׁן *m.* vetus.

יְשָׁנָה *f.* vetus. 2) *N. pr.* oppidi in tribu Juda.

יָשֵׁן *m.* יְשֵׁנָה *f.* dormiens. 2) *N. pr. m.*

שֵׁנָה *f.* somnus; somnium.

שֵׁנָא *f. id.*

שְׁנָא *s.* שְׁנָה *f. chald. id.*

שְׁנַת *f. id.*

יָשַׁע *Kal inus.* spatiosus, amplus fuit. — *Hiph.* הוֹשִׁיעַ (*fut.* יוֹשִׁיעַ, יְהוֹשִׁיעַ, *apoc.* יֹשַׁע) eripuit, liberavit, servavit *sq.* מִן, מִיַּד; juvit, opem tulit *sq. accus.*, לְ; victoriam praebuit (Deus). — *Niph.* נוֹשַׁע liberatus est *sq.* מִן; adjutus, servatus est, victoriam reportavit (*part.* נוֹשָׁע victor); salvus fuit.

יֵשַׁע, יֶשַׁע *m.* (*c. suff.* יִשְׁעִי, יִשְׁעֲךָ) liberatio, auxilium; salus.

יִשְׁעִי (salutifer) *N. pr.* virorum.

יְשַׁעְיָהוּ (salus divina) *N. pr.* prophetae nobiliss., *LXX.* Ἡσαΐας, *Vulg.* Isaias; 2) al. virorum.

יְשַׁעְיָה *N. pr.* virorum.

יֵשׁוּעַ (*contr. ex* יְהוֹשֻׁעַ, Ἰησοῦς) *N. pr.* virorum.

יְשׁוּעָה *f.* liberatio, auxilium; victoria; salus.

מוֹשָׁעוֹת *f. pl.* liberationes, salus.

יָשְׁפֵה, יָשְׁפֶה jaspis, gemma varii coloris.

יִשְׁפָּה (*cf.* שְׁפָה) *N. pr. m.*

יִשְׁפָּן *N. pr. m.*

יָשַׁר (*fut.* יִישַׁר, יִשַׁר) rectus, aequus, planus fuit; יָשַׁר בַּדֶּרֶךְ rectâ processit; 2) *sq.* בְּעֵינֵי rectum fuit, probatum est, placuit alicui. — *Pi.* יִשֵּׁר complanavit; rectum fecit; direxit; rectum *s.* bonum habuit, existimavit. — *Py. part.* complanatum, di-

ductum (aurum). — *Hiph.* rectum, planum fecit (*imp.* תַּיְשֵׁר); *intrans.* rectus fuit.

יָשָׁר *m.* יְשָׁרָה *f.* rectus, aequus, planus; probus, integer, justus; felix. — יָשָׁר *subst.* probum, probitas.

יֵשֶׁר (probitas) *N. pr. m.*

יֹשֶׁר *m.* rectum, aequum; probitas, integritas.

יִשְׁרָה *f. id.*

יְשַׂרְאֵלָה (rectâ viâ ad Deum) *N. pr. m.*

יְשֻׁרוּן *m. (deminut.) nom. poët.* populi Isr., rectulus, justulus.

מִישׁוֹר *m.* locus planus, planities; probitas.

מֵישָׁרִים, מֵישָׁרִים *m. pl.* rectum; justitia; sinceritas; pax, concordia. — בְּמֵישָׁרִים, לְמֵישָׁרִים rectâ; probe, juste.

יָשַׁשׁ *rad. inus. fort.* albus fuit *cf.* שׁוּשׁ.

יָשֵׁשׁ *m.* canus, senex.

יָשִׁישׁ *m.* senex.

יְשִׁישַׁי *N. pr. m.*

יָת *chald. i. q. hebr.* אֵת, nota accusativi.

יְתִב *chald. i. q.* יָשַׁב consedit; habitavit. — *Aph.* habitare jussit, habitationem praebuit.

יָתַד *rad. inus. arab.* firmiter impegit.

יָתֵד *st. c.* יְתַד *f.* (*pl.* יְתֵדוֹת) clavus; paxillus tentorii; pala; spatha textoris; *trop.* sedes stabilis, princeps civitatis.

יָתוּר *v.* תּוּר.

יָתַח *rad. inus. arab.* fuste percussit.

תּוֹתָח *m.* fustis, *LXX* σφῦρα.

יִתְלָה (excelsa) *N. pr.* urbis Danitarum.

יָתַם *rad. inus. arab.* solitarius fuit.

יָתוֹם *m.* parentibus *s.* patre orbatus.

יִתְמָה (orbatio) *N. pr. m.*

יָתַן *rad. inus. arab.* perennis fuit.

אֵיתָן, אֵתָן *m.* perennis, non desinens, perpetuo fluens, יֶרַח הָאֵתָנִים mensis, quo torrentes perpetuo fluunt, Tisri; 2) firmus, validus, fortis. — *Subst.* perennitas; firmitas, robur; rupes. 2) *N. pr.* Esrachitae.

יְתַנִיאֵל (Deus donat) *N. pr. m.*

יִתְנָן (donata) *N. pr.* urbis in tribu Juda.

יָתַר *arab.* tetendit, intendit *cf.* מֵיתָר, יֶתֶר. — II) reliquus fuit, abundavit, excelluit, *part.* יוֹתֵר reliquum. — *Hiph.* הוֹתִיר reliquit; abundantiam largitus est; *intrans.*

excelluit. — *Niph.* נוֹתַר relictus est, superstes factus est; superior discessit; *part. m.* נוֹתָר, *fem.* נוֹתֶרֶת reliquus, a, um.

יֶתֶר *m.* funis; nervus, chorda. — II) reliquum, reliquiae; abundantia, עַל־יֶתֶר satis superque; 2) excellentia; *concr.* excellens; *metonym.* id quo quis excellit. — *Adv.* abunde, valde. — *N. pr.* virorum, *patron.* יִתְרִי.

יִתְרָה *f.* reliquum, residuum.

יוֹתֵר, יֹתֵר (*part. Kal*) reliquum; praestans, commodum. — *Adv.* amplius, magis; abunde, nimium; praeter, *sq. relat.* praeterquam quod.

יֹתֶרֶת *f.* (*part.* abundans) major hepatis lobus.

יַתִּיר *m. chald.* permagnus, excellens; יַתִּירָה *adv.* abunde, valde. — 2) *hebr. N. pr.* oppidi in tribu Juda.

יִתְרוֹ *N. pr.* soceri Mosis, qui etiam יֶתֶר et חֹבָב appellatur.

יִתְרוֹן *m.* excellentia, praestantia; emolumentum.

יִתְרְעָם (abundantia populi) *N. pr. m.*

מוֹתָר *m.* abundantia; praestantia.

מֵיתָר *m.* funis; nervus, chorda.

יְתֵת *N. pr.* principis Edomitarum.

כ

כְּ, כָּ *part. comparat. signif. similitudinem:* ut, velut, tanquam, instar; כְּ — כְּ, כְּ — וְכְ, כְּ — כֵּן sicut — ita, tam — quam; *c. suff.* כָּהֶם, כָּכֶם *cf.* כְּמוֹ; 2) *convenientiam:* secundum, ad, κατά; 3) *de rerum copia v. mensura:* circiter, ferme; 4) *de temp.* circa, כַּיּוֹם הַזֶּה circa hunc diem, כַּחֲצֹת הַלַּיְלָה circa mediam noctem; 5) *c. inf.* (*rar. c. partic.*) *de temp.* ut, ubi, quum, ὡς.

כָּאַב (*fut.* יִכְאַב) dolore affectus est. — *Hiph.* dolore affecit.

כְּאֵב *m.* dolor.

מַכְאוֹב *m.* (*pl.* ־ִים, ־וֹת) dolor; afflictio, aerumna.

כָּאָה *Kal inus.* increpuit. — *Niph.* increpitus est; moerore affectus est, animo abjecto fuit. — *Hiph.* contristavit, afflixit.

כָּאֶה *m.* afflictus, moestus.

כָּבֵד *et* כָּבַד (*fut.* יִכְבַּד) gravis fuit s. factus est; magnus, vehemens fuit, invaluit (certamen); *trop.* molestus s. acerbus fuit *sq.* עַל,

אל; hebes fuit (oculus, auris), torpuit; durus fuit (animus); honoratus fuit. — *Niph.* gravis, copiosus, opulentus, dives fuit; honore affectus est (*part.* נִכְבָּדִים nobiles, נִכְבָּדוֹת gloriose facta); magnum *s.* illustrem se praebuit *sq.* בְּ in alqo. — *Pi.* כִּבֵּד gravem *i. e.* durum reddidit (animum); honoravit *sq.* לְ, לְשֵׁם, *accus. dupl.* alqm alqa re. — *Py.* כֻּבַּד honore affectus est. — *Hiph.* gravem fecit; hebetem reddidit; induravit; honoravit, honoribus auxit; *intrans.* gloriam acquisivit. — *Hithpa.* gloriatus est; numerosus fuit, se multiplicavit.

כָּבֵד *st. c.* כְּבַד, כָּבֵד *m.* gravis; *trop.* difficilis; molestus, acerbus; hebes (lingua); copiosus, numerosus; dives. — *Subst.* jecur.

כָּבוֹד *m.* gravitas: honor, gloria; magnificentia, splendor (כְּבוֹד יְהוָה splendor igneus Jovae, *LXX.* δόξα κυρίου); copia, divitiae; *poët.* *i. q.* כָּבֵד jecur, animus (*fem.* *Gen.* 49, 6.).

כָּבֹד, *fem.* כְּבוּדָה splendida, magnifica; pretiosum *i.e.* res pretiosae.

כֹּבֶד *m.* gravitas; vehementia; multitudo.

כְּבֵדוּת *f.* gravitas, difficultas.

כָּבָה exstinctus est. — *Pi.* exstinxit.

כָּבוּל *N. pr.* regionis in Galilaea; 2) oppidi in tribu Ascher.

כַּבּוֹן (ligamen) *N. pr.* oppidi in tribu Juda.

כַּבִּיר, כְּבִיר *v.* כבר.

כָּבַל *rad. inus. arab.* constrinxit, ligavit.

כֶּבֶל *m.* compes.

כָּבַס pedibus calcavit et lavit vestes, *part.* כּוֹבֵס fullo. — *Pi.* כִּבֵּס, כִּבֶּס lavit, abluit (vestes); *trop.* purgavit, purum reddidit (animum). — *Py.* כֻּבַּס lotus est. — *Hothpa. inf.* הֻכַּבֵּס lavari.

כָּבַע *rad. inus. cf.* גבע, קבע.

כּוֹבַע, כּוֹבַע *m.* galea.

כָּבַר *rad. inus.* texuit *cf. derivv.* — II) *arab.* magnus, multus fuit. *Hiph.* multiplicavit; *part.* copia.

כְּבָר (longitudo) *N. pr.* fluvii in Mesopotamia, Chaboras.

כְּבָר *adv.* nunc, jam; dudum; olim.

כַּבִּיר *m.* magnus, ingens, potens; multus.

כְּבִיר *m.* stragula texta.

כְּבָרָה *f.* cribrum.

כִּבְרָה *f.* (longitudo) mensura viae ignota, *LXX.* ἱππόδρομος.

מִכְבָּר *m.* opus reticulatum.

מַכְבֵּר *m.* velum culicare, conopeum.

כָּבַשׁ *rad. inus. i. q.* כָּבַשׁ subegit.

כֶּבֶשׂ *m.* agnus.

כִּבְשָׂה, כַּבְשָׂה *f.* (*pl.* כְּבָשׂת, *st. c.* כִּבְשׂת) agna.

כָּבַשׁ calcavit, pedibus subjecit; subegit, in suam potestatem redegit; subegit (mulierem). — *Niph.* subactus est. — *Pi.* subegit, subjecit.

כֶּבֶשׁ *m.* scabellum.

כִּבְשָׁן *m.* fornax (ad metalla liquefacienda).

כַּד *v.* כדד.

כָּדַב *m.* כְּדָבָה *f. chald.* mendax.

כָּדַד *rad. inus. arab.* laboravit; contudit; exhausit putei aquam.

כַּד *f.* (*c. suff.* כַּדֵּךְ, *pl. m.* כַּדִּים) vas testaceum, cadus, hydria.

כִּידוֹד *m.* scintilla.

כַּדְכֹּד *m. nom.* lapidis pretiosi et scintillantis.

כְּדִי *v.* דַּי; כְּדֵי *v.* דִּי; כִּדְנָה *v.* דֵּן.

כָּדַר *rad. inus. arab.* tenebricosus, turbidus fuit.

כִּידוֹר *m.* perturbatio, tumultus bellicus.

כְּדָרְלָעֹמֶר *N. pr.* regis Elamitici.

כֹּה *partic. similitudinis:* sic, ita; כָּכֹה — כָּכֹה aliter — aliter; 2) *loci:* hic, huc; כֹּה — וְכֹה hic — illic, huc — illuc; עַד כֹּה illuc usque; 3) *temp.:* nunc, עַד כֹּה hucusque; עַד כֹּה וְעַד כֹּה huc usque et illuc usque, interim.

כָּה *chald.* nunc, עַד כָּה hucusque.

כָּהָה (*fut.* יִכְהֶה, *apoc.* וַתֵּכַהּ) hebes, debilis fuit, hebetatus est; *trop.* animum despondit. — *Pi.* כִּהָה, כֵּהָה hebetatus est; pallidus factus est; animum abjecit; *trans.* increpuit alqm ejusque animum fregit.

כֵּהֶה, *fem.* כֵּהָה pallida; hebes, debilis; fractus *s.* abjectus (animus).

כֵּהָה *f.* debilitatio *i. e.* mitigatio.

כְּהַל *chald.* potuit, valuit.

כָּהַן *Kal inus. arab.* praesagivit, vaticinatus est. — *Pi.* כִּהֵן sacerdos fuit *s.* factus est; sacerdotio functus est.

כֹּהֵן *m.* (*pl.* כֹּהֲנִים, כֹּהֲנֵי) sacerdos; *sq.* הַגָּדוֹל *vel* הַמָּשִׁיחַ *vel* הָרֹאשׁ pontifex maximus.

כָּהֵן *m. chald.* sacerdos.

כְּהֻנָּה *f.* sacerdotium.

כּוּב *N. pr.* terrae s. populi australis.

כּוֹבַע *v.* כבע.

כָּוָה *Kal inus. arab.* ussit, cauterio notavit; transfodit. — *Niph.* ustus est, se adussit.

כַּו *m. chald., pl.* כַּוִּין fenestrae.

כְּוִיָּה *f.* adustio, nota adustionis, stigma.

כִּי *m.* (*pro* כְּוִי) stigma *Jes.* 3, 24. — *Partic.* כִּי *v. infra.*

מִכְוָה *f.* pars corporis adusta, stigma.

כּוּחַ *rad. inus. arab.* pugnando vincere, praevalere.

כֹּחַ, כּוֹחַ *m.* vis, robur; facultas; opes, divitiae (כֹּחַ הָאָרֶץ fructus terrae); genus lacertarum *Lev.* 11, 30.

כּוֹכָב *m.* stella.

כּוּל metiri. — *Hiph.* הֵכִיל cepit, continuit (*in sich fassen*); pertulit, sustinuit. — *Pilp.* כִּלְכֵּל cepit, continuit; sustinuit, pertulit; sustentavit, aluit; obtinuit (caussam forensem). — *Py.* כָּלְכַּל sustentatus, commeatu instructus est.

כּוּם *rad. inus. arab.* accumulare.

כִּימָה *f.* (congeries stellarum) pleiades.

כּוּמָז *m.* globuli aurei (ornamentum muliebre).

כּוּן *Kal inus.* erectus stetit. — *Pil.* כּוֹנֵן erectum constituit, statuit; confirmavit; fundavit, condidit, creavit, paravit; aptavit, direxit (arcum, sagittas); *intrans.* animum applicuit ad alqd. — *Pyl.* כּוֹנַן statutus, stabilitus est; paratus est. — *Hiph.* הֵכִין erexit, statuit, constituit; confirmavit, stabilivit; fundavit; comparavit, aptavit, direxit, convertit, applicuit (animum). — *Hoph.* הוּכַן stabilitus est; paratus est; aptatus est. — *Niph.* erectus, statutus est, stetit; *trop.* confirmatus est; incolumis mansit; paratus est. *Part.* נָכוֹן (*fem.* נְכֹנָה) firmus, stabilis; constans, certus, verus (אֶל־נָכוֹן certo, revera); aptus, conveniens. — *Hithp.* הִתְכּוֹנֵן, הִכּוֹנֵן statutus, paratus est; confirmatus est; se paravit.

כֵּן *adj.* rectus; כֵּנִים probi, integri. — *Adv.* recte. — *Partic.* sic, ita. אַחַר כֵּן, אַחֲרֵי־כֵן postea; בְּכֵן sic; לָכֵן ideo, propterea; עַל־כֵּן אֲשֶׁר propterea quod; עַל־כֵּן propterea; עַד־כֵּן hucusque. — *Aliud. v. s.* כנן.

כֵּן *chald.* sic, ita.

אָכֵן *partic.* (*pro* הָכֵן *inf. abs. Hiph.* stabiliendo) profecto! 2) nihilominus tamen.

כּוּן *N. pr.* urbis Phoen. ad mare mediterr. 1 *Chr.* 18, 8. quae 2 *Sam.* 8, 8. בֵּרֹתַי dicitur.

כַּוָּן *m.* placenta, libum.

כִּיּוּן *Nom.* dei, quem Isr. in deserto coluerunt (Saturnus) *Am.* 5, 26.

יָכִין (fundat) *N. pr.* filii Simeonis; *patron.* יָכִינִי; 2) *nom.* columnae in templo salomon.

מָכוֹן *m.* locus; basis.

מְכוֹנָה *f.* locus; basis. 2) *N. pr.* oppidi in tribu Juda.

מְכוּנָה *f.* locus.

תְּכוּנָה *f.* locus, sedes.

כּוֹס *f.* poculum; *pl.* כֹּסוֹת; 2) bubo *Lev.* 11. *Deut.* 14. *Ps.* 102.

